INDEX
LECTIONVM

QVAE

AVSPICIIS REGIS AVGVSTISSIMI

GVILELMI SECVNDI

IMPERATORIS GERMANICI

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA
FRIDERICA GVILELMA

PER SEMESTRE AESTIVVM

A D. XVII M. APRILIS AD D. XV M. AVGVSTI A. MDCCCLXXXXI

1891

HABEBVNTVR.

J. Vahlen
Emendationes platonicae I. In Phaedonem II. In Gorgiam et Symposium

BEROLINI
FORMIS ACADEMICIS
(G. VOGT).

VNIVERSITATIS LITTERARIAE

FRIDERICAE GVILELMAE

RECTOR ET SENATVS.

A Platone, de quo ante hos sex menses προοιμιασάμενοι disseruimus, huius quoque praefationis argumentum repetimus. Conabimur enim locos nonnullos complurium dialogorum sive librariorum vitio deformatos restituere sive a criticis interpretibusque male habitos explanando vindicare ac stabilire. Quod genus disputationis in disceptandis singulis scriptorum locis occupatum sentimus ipsi quam tenue sit et aridum, nisi si cui contigerit ut felicis ingenii vi aut inventorum novitate teneat ac delectet. Qualia nostra non sunt; neque vero ea plane inutilia esse credimus, iis quidem si qui haec discendi causa adituri sunt, quoniam in his minutis quaestionibus alias argumentandi vias sequi non licet quam quas in ampliore et graviore genere insisti par est; et nos qui non doctis scribimus sed iis quorum studia regere cupimus, ita plerumque agere solemus, ut expositis rationibus demonstrando si forte aliquid evincamus, aut si id fieri non potest, hoc tamen patefiat quo nomine imperfecta sit demonstratio et quid ad eam perficiendam quaeri aut probari amplius oporteat. Quae res cum alibi tum maxime in Platone utilis ac necessaria esse visa est, quia nimis saepe videmus in hoc principe dialecticorum dialecticam a philologis adhiberi nullam, cum critici qui sibi fidunt probandi molestia procul habita ὥσπερ οἱ τέλεοι σοφισταὶ Εὖ ἴσθι, inquiunt, sic est scribendum, qui vero aliter sentiunt, cum redarguere illorum opinationes aggrediuntur, in eo plerumque subsistunt ut negent, quae falsa esse argumentis firmare non possunt. Ita fit ut inter aientes et negantes sententiae ridicule vacillent, et qui non

satis ab arte exercitati accedunt, incerti haereant neque se expedire sciant, aut adeo adducantur ut hanc esse veram philologiam putent quae adversantium sibi opinionum tamquam tesserarum lusu iucundissime tempus fallat. Genus autem argumentorum quo praeter cetera utimur ex indagato Platonici sermonis ac stili ingenio et usu ducimus, de quo quia in hac copia scriptorum quae exstant satis certo existimari potest, habemus normam qua norma controversa multa et ab interpretibus criticisque in diversas partes trahi solita diiudicare licet. Idemque nos etiam atque etiam auctores sumus iis qui veterum scriptorum libros philologa arte tractare cupiunt, ut priusquam eos emendare instituant assidua lectione eorum cogitandi ac dicendi modos moresque penitus cognoscere studeant neve sensu qui saepe fallax est definire velint, quae nisi subtili observandi diligentia sciri ac perspici non possunt. Qua in re perdigna est quae identidem recolatur memoria eorum quae Fridericus Augustus Wolfius prudentissime praecepit cum ita scribit. 'Scite dixit Cervantes, de poetica arte, credo, primas quasque cogitationes scribentibus a diabolo suggeri. Id de arte nostra hodie non videntur credere, qui quemvis impetum et libidinem animi sui ad boni numinis afflatum referunt. Sed hactenus illa vox verissima est, si ea se moneri critici putent, ut ne ullum scriptorem, nedum eos, qui difficiliore et non vulgari ingenio et stylo utuntur, tentare (hoc ipsum vocabulum pessimi daemonis est) vel coniecturis refingere aggrediantur, priusquam omnem formam orationis et omnes proprietates eorum longo usu et familiaritate perdidicerint. Ad hanc rem centies repetita lectione opus est, in nonnullis libris adeo descriptione propriis manibus facta, vacuoque animo et illi uni rei intento.' Haec ille urbanissime. Sed nos iam nostras quaestiunculas proponimus.

I. In Phaedone Socrates disputationem quam instituit de ratione quae est inter res singulas sensibus subiectas et earum notiones universas hac sententia complexus absolvit p. 116, 21 Schz.

> Πρὸ τοῦ ἄρα ἄρξασθαι ἡμᾶς ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ τἄλλα αἰσθάνεσθαι τυχεῖν ἔδει που εἰληφότας ἐπιστήμην αὐτοῦ τοῦ ἴσου ὅ τι ἔστιν, εἰ ἐμέλλομεν τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα ἐκεῖσε ἀνοίσειν, ὅτι προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτ' εἶναι οἷον ἐκεῖνο, ἔστιν δὲ αὐτοῦ φαυλότερα.

Haec verba non sine causa doctis offensioni fuerunt. Cum enim ἀναφέρειν, h. e. referre ad normam qua alia metimur, perfectam vim habeat, a quo, ὅτι particula regente, altera sententia pendere non possit, apparet haec τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα ἐκεῖσε ἀνοίσειν ὅτι προθυμεῖται κτλ una oratione comprehendi non posse. Itaque R. B. Hirschigius, Platonis Didotiani editor, ut orationem ista molestia liberaret, extrema verba inde ab ὅτι particula tamquam aliena manu assuta delevit; id quod novissimo editori M. Schanzio probavit. Qui contra dixit, Stallbaumius, ut ὅτι haberet quo regeretur, ad ἀνοίσειν mente addendum esse ἐνθυμούμενοι existimavit. Quarum neutri nos opinioni subscribimus. Nam ἐνθυμούμενοι, quod audire iubemur,

neque aptum verbum est in hac causa, neque unde repetatur intelligitur, sed Stallbaumius hoc quod nullo argumento probatur ea qua solebat levitate finxit ut grammaticam difficultatem effugeret. Ex altera parte quamvis verum sit sententiam in ἀνοίσειν desinentem, quod verbum absolutae esse significationis diximus, et ipsam integram esse neque quicquam ad se perficiendam requirere, tamen in verbis, quae illi inducunt, nihil est quod vituperetur; sed oratio, nisi quod superioribus adiungi non potest, proba est nec Platone indigna, et sententiam habet eam, quam supra saepius iisdem paene verbis expressam legimus: talia autem periculosum est in suspicionem falsi velle adducere, quae forsitan ubi recte adnectantur vera esse intelligatur. Quid ergo est? Haec extrema oratio, quae ab ὅτι particula orditur, quoniam ab ἀνοίσειν pendere non potest, a quo verbo recte regi potuerit, si quaeritur, ipsa disputatio suppeditat verbum non ἐνθυμεῖσθαι sed ἐννοεῖν, quo ante in eadem re non semel usus est Socrates. Quamobrem nihil demendum esse iudicamus, sed illo verbo ascito iuncturam qua una oratio laborabat sustentantes ita scribendum suspicamur.

> πρὸ τοῦ ἄρα ἄρξασθαι ἡμᾶς ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ τἆλλα αἰσθάνεσθαι τυχεῖν ἔδει που εἰληφότας ἐπιστήμην αὐτοῦ τοῦ ἴσου ὅ τι ἔστιν, εἰ ἐμέλλομεν τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα ἐκεῖσε ἀνοίσειν [καὶ ἐννοήσειν] ὅτι προθυμεῖται μὲν πάντα*) τοιαῦτ' εἶναι οἷον ἐκεῖνο, ἔστιν δὲ αὐτοῦ φαυλότερα.

Hae sententiae duae quas addendo nanciscimur, quarum altera alteram explet et explanat, quam recte et utiliter copulentur, etiam disputatio ipsa documento est, sed accedit exemplum: sic enim Socrates in eodem dialogo p. 119, 12 εἰ μὲν ἔστιν inquit ἃ θρυλοῦμεν ἀεί, καλόν τε καὶ ἀγαθὸν καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη οὐσία, καὶ ἐπὶ ταύτην τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων πάντα ἀναφέρομεν, ὑπάρχουσαν πρότερον ἀνευρίσκοντες ἡμετέραν οὖσαν, καὶ ταῦτα ἐκείνῃ ἀπεικάζομεν, ἀναγκαῖον κτλ. Habes easdem quas volumus sententias coniunctas, ἐπὶ ταύτην (τὴν οὐσίαν) τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἀναφέρομεν et ταῦτα ἐκείνῃ ἀπεικάζομεν. Quod enim ibi dicit ταῦτα ἐκείνῃ ἀπεικάζομεν, hoc est illud ἐννοεῖν ὅτι προθυμεῖται τοιαῦτ' εἶναι οἷον ἐκεῖνο, ἔστιν δὲ φαυλότερα: simul hoc comprobatur quod diximus, verbi ἀναφέρειν vim plenam esse et perfectam. Sententia autem ipsa quam vindicamus additumque a nobis verbum ἐννοεῖν quo magis firmentur, haec ex hac parte dialogi adscribimus. 116, 3 ὅταν τίς τι ἰδὼν ἐννοήσῃ, ὅτι βούλεται μὲν τοῦτο, ὃ νῦν ἐγὼ ὁρῶ, εἶναι οἷον ἄλλο τι τῶν ὄντων, ἐνδεῖ δὲ καὶ οὐ δύναται τοιοῦτον εἶναι οἷον ἐκεῖνο ἀλλ' ἔστιν φαυλότερον, ἀναγκαῖον κτλ; 116, 11 ὅτε τὸ πρῶτον ἰδόντες τὰ ἴσα ἐνενοήσαμεν ὅτι ὀρέγεται μὲν πάντα ταῦτα εἶναι οἷον τὸ ἴσον, ἔχει δὲ ἐνδεεστέρως; 116, 19 δεῖ ἐννοῆσαι ὅτι πάντα τὰ ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν ἐκείνου τε ὀρέγεται τοῦ ὃ ἔστιν ἴσον καὶ αὐτοῦ ἐνδεέστερά ἐστιν. Denique quo emendandi probabilitas continetur, supplementi ratio qua usi sumus erroris causam manifestam habet. Et saepe in Platonis libris hoc accidit librariis, ut

---

*) πάντα dicit τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα; id quod ultro intelligitur, ut non sit quod πάντα ταῦτα requiratur.

vocum aut syllabarum similitudine decepti verbum unum vel plura deinceps scribendo omitterent; velut in Sophista p. 19, 23

τί δ'; ὅσ' ἂν κινήσεως μετασχόντα καὶ σκοπόν τινα θέμενα, [πειρώμενα] τούτου τυγχάνειν, καθ' ἑκάστην ὁρμὴν παράφορα αὐτοῦ γίγνηται καὶ ἀποτυγχάνῃ, πότερον αὐτὰ φήσομεν ὑπὸ συμμετρίας τῆς πρὸς ἄλληλα ἢ τοὐναντίον ὑπὸ ἀμετρίας αὐτὰ πάσχειν;

πειρώμενα, quod propter τούτου τυγχάνειν abesse non potest, in codice Oxoniensi, non consulto deletum, quod Stallbaumii ἀκρισία somniabat, sed per errorem post θέμενα in easdem syllabas vocem desinentem omissum est; nam hoc addito orationis integritatem constare, tanto fidentius asseverare licet, quod hoc ipsum cum Galeni Stobaeique testimoniis tum Veneti codicis memoria confirmatur, quem librorum Platonicorum auctoritate secundum sed principi proximum esse Schanzius comprobavit et qui saepe multa intacta exhibet quae mutila extant in Oxoniensi. Sed nuper critici his quae olim omnes probabant relictis nova sectati mirabilia excogitarunt: velut C. F. Hermannus, quia verba τούτου τυγχάνειν non addito participio stare nimirum non possunt, non hoc addendum sed illa simul cum participio abiicienda censuit, Hirschigiano plane exemplo in Phaedonis loco de quo modo diximus. Inde autem Madvigius profectus (Adv. crit. 1, 379), illam scripturam et testimoniis stabilitam et olim vulgo receptam nescio quo pacto ignorans aut negligens, cum ex τούτου τυγχάνειν, ne temere reiicerentur, mutatis litteris ἀντὶ τοῦ τυγχάνειν restituit, orationem effecit illa si quid sentimus non meliorem sed deteriorem; ut mirere eam probari Schanzio potuisse; apud quem quod ἀντὶ τούτου τυγχάνειν (pro τοῦ) errore, putamus, expressum est, quod venustum non erat evasit obscurum. Quo magis laudandus est M. Wohlrabus, qui recognito Hermanni exemplo recentium criticorum artificiis repudiatis antiquitus probatam scripturam suscitavit.

II. In Gorgia Callicli urbana fronte fatenti

Οὐκ οἶδ' ὅντινά μοι τρόπον δοκεῖς εὖ λέγειν, ὦ Σώκρατες· πέπονθα δὲ τὸ τῶν πολλῶν πάθος· οὐ πάνυ σοι πείθομαι

respondet Socrates p. 95, 28

Ὁ δήμου γὰρ ἔρως, ω Καλλίκλεις, ἐνὼν ἐν τῇ ψυχῇ τῇ σῇ ἀντιστατεῖ μοι· ἀλλ' ἐὰν πολλάκις ἴσως καὶ βέλτιον ταὐτὰ ταῦτα διασκοπώμεθα, πεισθήσει.

In disceptandis his verbis a Schanzii sententia proficiscimur, qui verba πολλάκις ἴσως ex marginali quadam adnotatione sumpta opinatur, Platoni haec tantum tribuit ἀλλ' ἐὰν καὶ βέλτιον ταὐτὰ ταῦτα διασκοπώμεθα, π. Quae concedimus, fortasse recte, scribi sic potuisse ut voluit καί particula exaggerandi causa ad comparativum adiecta, ut in Πολιτείας decimo p. 466, 5 Bekk. παντὸς γὰρ μᾶλλον οὐ παραδεκτέα νῦν καὶ ἐναργέστερον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, φαίνεται. Sed tamen, ut ἴσως paullisper mittamus, πολλάκις quidem haud male huic sententiae accommodari videtur, vix ut credibile sit, casu potius ortum quam a Platone suo loco positum esse. Qui quidem similia alibi scribit, velut haec in Menone p. 137, 20, cum illa etiam sententia quo-

dam modo cognata, καὶ νῦν μέν γε αὐτῷ ὥσπερ ὄναρ ἄρτι ἀνακεκίνηνται αἱ δόξαι αὗται· εἰ δὲ αὐτόν τις ἀνερήσεται πολλάκις τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ πολλαχῇ, οἶσθ' ὅτι τελευτῶν οὐδενὸς ἧττον ἀκριβῶς ἐπιστήσεται περὶ τούτων; aut illa in Πολιτείας septimo p. 359, 19 οὐ γὰρ ἐν τῷ νῦν παρόντι μόνον ἀκουστέα ἀλλὰ καὶ αὖθις πολλάκις ἐπανιτέον; et p. 370, 17 ὅταν τὸν οὕτως ἔχοντα ἐλθὸν ἐρώτημα ἔρηται τί ἐστι τὸ καλόν, καὶ ἀποκρινάμενον ὃ τοῦ νομοθέτου ἤκουεν ἐξελέγχῃ ὁ λόγος καὶ πολλάκις καὶ πολλαχῇ ἐλέγχων εἰς δόξαν καταβάλῃ κτλ; aut in Protagora p. 106, 6 ἢ αὕτη μὲν ἡμᾶς ἐπλάνα καὶ ἐποίει ἄνω τε καὶ κάτω πολλάκις μεταλαμβάνειν ταὐτὰ καὶ μεταμέλειν καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν καὶ ἐν ταῖς αἱρέσεσιν τῶν μεγάλων τε καὶ σμικρῶν. His enim comparatis liquido apparet, pronomina ταὐτὰ ταῦτα non recipere solum sed paene poscere πολλάκις aut si qua similis est temporis vel iterationis notio. Itaque quae nostra est superstitio falsum non esse credimus quod et libri scripti testentur et sententia ferat vel flagitet; πολλάκις autem si retinetur, Schanzii opinatio irrita est, qua πολλάκις ἴσως coniectantis esse putabat, qui ante καὶ βέλτιον fortasse πολλάκις esse addendum hoc modo significasset. Laudaremus hunc adnotatorem, qui tam perspicaciter sensisset quid oratio desideraret, nisi ex iis quae diximus πολλάκις Platoni eripi non posse nobis constaret. Impeditior est et vere ambigua quaestio quam iam repetimus de ἴσως. Quam vocem nisi ad summam sententiam h. e. ad πεισθήσει referri non posse inde ab Heindorfio crediderunt; eamque quam ille indicavit viam persecuti partim ante ἐάν, alii ante πεισθήσει traiiciendam vocem esse statuerunt; fuit etiam qui deleri mallet utpote ex vocis antecedentis (πολλάκις) syllaba extrema et καί quod non raro cum ὡς confunderetur per errorem natam; idemque consilium removendi ἴσως etiam Schanzii rationem illa haud dubie scitiorem procreavit. Neque quisquam negabit dubitandi vocem potuisse ab hac sententia abesse, sed cum adsit, eam traiectam esse aut traiiciendam parum nobis verisimile videtur. Quid enim Socrates dubitaverit, se Callicli, si saepius ac melius eadem illa cum eo disceptaverit, persuasurum? illud dubitare poterat non iniuria, num qua spes esset fore ut sibi liceret in eandem cum illo disputationem redire. Quare qui ἴσως ad sententiam condicionalem pertinere maluerit, ut Stallbaumius, non videtur culpandus esse, nisi quod ille prave hoc indicium esse irrisionis vel cavillationis putavit. At tamen nobis probabilius visum est positu suadente ἴσως ad unam vocem πολλάκις esse adiectum: id enim poterat paulo plus videri quam opus erat; ut hac voce addita apte attenuaretur. Neque raro ἴσως eodem consilio uni tantum verbo adnectitur, velut in Phaedone p. 158, 13 τοῦτο δὲ ἁπλῶς καὶ ἀτέχνως καὶ ἴσως εὐήθως ἔχω παρ' ἐμαυτῷ; Legum tertio p. 71, 25 Schz. αἵ γέ που (πόλεις) καὶ ἐπεστρατεύσαντο αὐτῇ, καὶ κατὰ θάλατταν δὲ ἴσως; Phaedone 160, 9 ἐκείνοις μὲν γὰρ ἴσως οὐδὲ εἷς περὶ τούτου λόγος οὐδὲ φροντίς; Gorgia 106, 20 εἰσαχθεὶς εἰς δικαστήριον ὑπὸ πάνυ ἴσως μοχθηροῦ ἀνθρώπου καὶ φαύλου; Legum decimo p. 208, 7 Bekk. ἢ καὶ πρὸς τέλος ἴσως ἀνοσίους ἀνθρώπους ὁρῶν ἐλθόντας γηραιούς κτλ; qui enim prolixae orationis tenorem accuratius pertemptaverit, dabit hoc, opinamur, ἴσως ad πρὸς τέλος tantum, non ad ὁρῶν et ad eam sententiam, ut vulgo interpretantur, adiectum

esse; adde Gorgiae p. 65, 29 οὐ γάρ τοι θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ Εὐριπίδης ἀληθῆ ἐν τοῖσδε λέγει λέγων 'τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;' καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τέθναμεν; nam Cobeto (mnem. 1874 n. s. II 137) dubitamus assentiri, qui quia neque θαυμάζοιμ' ἄν neque τῷ ὄντι additum ἴσως admitteret, delevit vocem, quam Iamblichus quidem omisit sed et Stobaeus habet et Platonis libri et scholia; et recte, putamus, praemissis illis de Euripide, in quibus τίς οἶδεν Immanuele Bekkero iudice (sched. Hom. 1, 289) idem fere est quod ἴσως, oratio progreditur, cum τῷ ὄντι ἴσως h. e. re vera fortasse id ita esse dicitur quod ille dubitanter posuerat. Itaque nos neutrum, nec πολλάκις neque ἴσως, destituimus et hoc suo loco eo quem diximus modo interpretamur.

Sed ad Schanzii rationes ut redeamus, quod πολλάκις ἴσως correctoris esse suspicatus est qui πολλάκις addendum coniecerit et hoc illa forma in margine adnotaverit, non sane desunt similia in Platonis libris quibus ille ductus videtur, velut Phaedone 108, 5 ἀλλὰ τοῦτο δὴ ἴσως οὐκ ὀλίγης παραμυθίας δεῖται in uno codice (*D*) σαφῶς ἴσως scriptum est pro ἴσως; ibidem 154, 13 παρεσκευασάμην ὡς οὐκέτι ποθεσόμενος αἰτίας ἄλλο εἶδος, in optimis ὑποθέμενος, in uno ἴσως ποθήσων in margine; Legum tertio 84, 31 δεῖ δὴ τὴν μενοῦσαν μάλιστα ἀρχὴν γίγνεσθαι cum Parisinus prave μὲν οὖσαν exhibeat, in margine ἴσως μένουσαν 'manu recentissima', ut ait Schanzius, adscriptum; Cratylo 57, 25 in explicando οἴησις nomine οἶσιν γὰρ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ πρᾶγμα .. δηλούσῃ προσέοικεν, in Oxoniensi οἴσειν· ἴσως γάρ, in margine οἴσειν ἴσως γὰρ sine interpunctione scriptum exstat, quod ab eodem adnotandi consilio profectum videtur. Sed his et si quae sunt similia, quae nos fugiunt, nihil admodum probatur, nisi quod notum est, in codicibus id genus corrigendi pericula in margine sive in textu posita nonnumquam inveniri, sed ut de origine dubitari non possit. Gravius illud quod Schanzius in Symposio temptavit (31, 21), ubi haec quae leguntur in libris εἴ τι ἴσως οἴοιο αἰσχρὸν ὂν ποιεῖν ex adnotatione marginali ἴσως ὂν adaucta, a Platone haec tantum εἴ τι οἴοιο αἰσχρὸν ποιεῖν scripta esse statuit. De qua re quid iudicandum videatur priusquam dicamus, hanc orationem, in qua bis adeo idem illud ἴσως doctis odio fuit, quamvis longiusculam, proponendam totam censemus, ceteroquin admirabili narrandi venustate insignem. Itaque posteaquam Aristophanes suam Amori orationem reddidit, ab eo admonitus et excitatus Eryximachus in hunc modum excepisse sermonem dicitur (30, 27)

> Ἀλλὰ πείσομαί σοι, ἔφη φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον· καὶ γάρ μοι ὁ λόγος ἡδέως ἐρρήθη. καὶ εἰ μὴ ξυνῄδη Σωκράτει τε καὶ Ἀγάθωνι δεινοῖς οὖσι περὶ τὰ ἐρωτικά, πάνυ ἂν ἐφοβούμην, μὴ ἀπορήσωσι λόγων διὰ τὸ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ εἰρῆσθαι· νῦν δὲ ὅμως θαρρῶ. τὸν οὖν Σωκράτη εἰπεῖν Καλῶς γὰρ αὐτὸς ἠγώνισαι, ὦ Ἐρυξίμαχε· εἰ δὲ γένοιο οὗ νῦν ἐγώ εἰμι, μᾶλλον δὲ ἴσως, οὗ ἔσομαι, ἐπειδὰν καὶ Ἀγάθων εἴπῃ εὖ, καὶ μάλ' ἂν φοβοῖο καὶ ἐν παντὶ εἴης, ὥσπερ ἐγὼ νῦν. Φαρμάττειν βούλει με, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν τὸν Ἀγάθωνα, ἵνα θορυβηθῶ διὰ τὸ οἴεσθαι τὸ θέατρον προσδοκίαν μεγάλην ἔχειν ὡς εὖ ἐροῦντος ἐμοῦ. Ἐπιλήσμων μέντ' ἂν

εἴην, ὦ Ἀγάθων, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, εἰ ἰδὼν τὴν σὴν ἀνδρείαν καὶ μεγαλοφροσύνην ἀναβαίνοντος ἐπὶ τὸν ὀκρίβαντα μετὰ τῶν ὑποκριτῶν καὶ βλέψαντος ἐναντία τοσούτῳ θεάτρῳ μέλλοντος ἐπιδείξεσθαι σαυτοῦ λόγους καὶ οὐδ᾽ ὁπωστιοῦν ἐκπλαγέντος, νῦν οἰηθείην σε θορυβηθήσεσθαι ἕνεκα ἡμῶν ὀλίγων ἀνθρώπων. Τί δέ, ω Σώκρατες, τὸν Ἀγάθωνα φάναι, οὐ δή πού με οὕτω θεάτρου μεστὸν ἡγεῖ, ὥστε καὶ ἀγνοεῖν, ὅτι νοῦν ἔχοντι ὀλίγοι ἔμφρονες πολλῶν ἀφρόνων φοβερώτεροι; Οὐ μέντ᾽ ἂν καλῶς ποιοίην, φάναι, ὦ Ἀγάθων, περὶ σοῦ τι ἐγὼ ἄγροικον δοξάζων, ἀλλ᾽ εὖ οἶδα, ὅτι εἴ τισιν ἐντύχοις οὓς ἡγοῖο σοφούς, μᾶλλον ἂν αὐτῶν φροντίζοις ἢ τῶν πολλῶν· ἀλλὰ μὴ οὐχ οὗτοι ἡμεῖς ὦμεν· ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ ἐκεῖ παρῆμεν καὶ ἦμεν τῶν πολλῶν· εἰ δὲ ἄλλοις ἐντύχοις σοφοῖς, τάχ᾽ ἂν αἰσχύνοιο αὐτούς, εἴ τι ἴσως οἴοιο αἰσχρὸν ὂν ποιεῖν· ἢ πῶς λέγεις; Ἀληθῆ λέγεις, φάναι. Τοὺς δὲ πολλοὺς οὐκ ἂν αἰσχύνοιο, εἴ τι οἴοιο αἰσχρὸν ποιεῖν;

In his igitur quae ita scripsimus ut libri testantur et nos scribenda et distinguenda esse duximus, viri docti varia novarunt. Qui primum v. 5 μᾶλλον δὲ ἴσως non ferendum arbitrati non uno modo damnatae orationi succurrerunt. Iahnius enim ἴσως delevit, eique assenserunt alii, Schanzius transposuit, ut esset μᾶλλον δὲ οὐ ἴσως ἔσομαι; artificiosius etiam suo loco mota voce M. Schmidtius usus est, ut paulo post v. 6 εὖ [ἴσθ᾽ ὅτι] καὶ μάλα efficeret. Atqui Schanzius non apte loquentem facit Socratem, cui dubium non erat, quid se futurum esset, cum etiam Agatho dixisset. Quod vero et hic et reliqui μᾶλλον δέ requirunt sine ἴσως, notum est hoc in corrigendo, cum pro deteriore voce melior affertur, poni solere, velut in ipso Symposio 30, 25 τί ἕκαστος ἐρεῖ, μᾶλλον δὲ τί ἑκάτερος; 23, 23 πολλὴν καὶ μεγάλην, μᾶλλον δὲ πᾶσαν δύναμιν; 67, 6 ἐπὶ πλεῖστον τείνοντας, μᾶλλον δὲ ἐπὶ πᾶν, et sexcenties alibi. Verum alterum, μᾶλλον δὲ ἴσως, ne ab hoc usu abhorrere putaretur, dissuaderi poterat vel iis quae extant Legum tertio 92, 7 Περσῶν ἐπίθεσις τοῖς Ἕλλησιν, ἴσως δὲ σχεδὸν ἅπασιν; in Sophista 48, 15 χαλεπώτερον, ἴσως δὲ καὶ σχεδὸν ἀδύνατον (cf. ibid. 59, 12 ἐπιστήμης καὶ σχεδόν γε ἴσως τῆς μεγίστης); Πολιτείας octavo 393, 18 τοσαῦτα κακὰ ἔχουσα, ἴσως δὲ καὶ πλείω. Ac ne dubites, ipsum etiam illud μᾶλλον δὲ ἴσως eadem vi positum Πολιτείας nono legitur 460, 7 τὰ μὲν καλὰ τὰ ὑπὸ τῷ ἀνθρώπῳ, μᾶλλον δὲ ἴσως τὰ ὑπὸ τῷ θείῳ τὰ θηριώδη ποιοῦντα τῆς φύσεως, idque familiari sermone receptum fuisse, Aristophanes testis est; sic enim in Vespis 1486 Philocleonem dicentem καὶ δὴ γὰρ σχήματος ἀρχή Xanthias servus excipit μᾶλλον δέ γ᾽ ἴσως μανίας ἀρχή*). — Non minores turbas crearunt quae (v. 6) insequuntur verba εὖ καὶ μάλ᾽ ἂν φοβοῖο. Negant enim voces εὖ καὶ μάλα coniunctas tolerari posse: hoc uno ore, sed in emendando in contraria discedunt, cum pars εὖ inducentes Platoni καὶ μάλα, alii καὶ particula abiecta εὖ μάλα eidem reddendum censeant. Quorum utrumque etsi Platonis usu frequentatur neque huic loco non accommodatum est, tamen quid-

*) Diversa sunt quae in Gorgia leguntur 74, 6 μᾶλλον δ᾽ ἴσως οἱ δειλοί, vel 16 μᾶλλον ἴσως οἱ δειλοί.

quid scripseris, sive εὖ μάλα sive καὶ μάλα, tertium illud quod libri habent unde natum sit aegre intelligitur, et ne artificiis quidem adhibitis hoc Vermehrenus (stud. Plat. 74) patefecit*). Sed εὖ καὶ μάλα stabilire non possumus, neque si possemus fortasse eo magis nobis probaretur. Nam nisi fallit opinio Plato non illa quae putarant coniungi voluit sed haec potius εἰ δὲ γένοιο, οὗ νῦν ἐγώ εἰμι, μᾶλλον δὲ ἴσως οὗ ἔσομαι, ἐπειδὰν καὶ Ἀγάθων εἴπῃ εὖ, καὶ μάλ' ἂν φοβοῖο. Quamquam enim Agathonem bene dicturum esse ipsa est huius orationis sententia, tamen nihil impediebat, quominus hoc expressum verbis Socrates efferret, ut simul respiceret ad illa, quae modo de Eryximacho dixerat, Καλῶς γὰρ αὐτὸς ἠγώνισαι. Itaque respondet Agatho v. 8 προσδοκίαν μεγάλην ἔχειν ὡς εὖ ἐροῦντος ἐμοῦ, et quae paulo post habita oratione ab Agathone Socrates et Eryximachus, memores ambo horum quae dicit Socrates, inter se colloquuntur (36, 12) Ἆρά σοι δοκῶ, φάναι, ὦ παῖ Ἀκουμενοῦ, ἀδεὲς πάλαι δέος δεδιέναι, ἀλλ' οὐ μαντικῶς, ἃ νυνδὴ ἔλεγον, εἰπεῖν, ὅτι Ἀγάθων θαυμαστῶς ἐροῖ, ἐγὼ δ' ἀπορήσοιμι; Τὸ μὲν ἕτερον, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, μαντικῶς μοι δοκεῖς εἰρηκέναι, ὅτι Ἀγάθων εὖ ἐρεῖ, τὸ δὲ σὲ ἀπορήσειν, οὐκ οἶμαι, confirmare magis eam quam amplectimur rationem videntur. Quod autem hoc ordine maluit εἴπῃ εὖ quam inverso ponere, unde fallax ista et ambigua verborum series nata est, non secus Πολιτείας decimo scribit (500, 18) ὅσοι ἂν θέωσιν εὖ; Legum undecimo 231, 5 ἐπὶ πολλοῖς λεγόμενον εὖ, ibidem septimo 35, 14 λόγον ἐᾶσαι διεξελθεῖν εὖ; octavo 76, 1 ζῆν εὖ, et saepe similiter. — His profligatis tandem perventum est ad ea quae nobis causa huius expendendae orationis fuerunt, v. 18 τάχ' ἂν αἰσχύνοιο αὐτούς, εἴ τι ἴσως οἴοιο αἰσχρὸν ὂν ποιεῖν. In quibus primum ἴσως addubitans Usenerus εἴ τί πως proposuit; ὂν olim F. A. Wolfius et post eum alii delendum censuerunt. Cui duplici incommodo Schanzius ut una opera obviam iret, ἴσως ὂν uti diximus corrigendi causa in margine posita fuisse ratus a Platonis verbis seclusit orationemque effecit plane geminam ei quae statim (v. 20) insequitur εἴ τι οἴοιο αἰσχρὸν ποιεῖν. Compar hoc emendandi genus est illi quod Gorgiae loco qui primus est in hoc capite adhibuit, possitque hoc illi subsidio esse et ab illo aliquid ipsum subsidii accipere. Sed nobis neutrum altero probabilius videtur; et hoc quidem loco non satis apparet, si haec primitus scripta fuerunt εἴ τι οἴοιο αἰσχρὸν ποιεῖν, quid maxime moverit correctorem ut illa adnotaret. Verum tamen fatemur ambiguum fore iudicium, si ὂν defendi non posset. Sed fortasse hoc quod legitur Πολιτείας quarto 176, 1 ἢ οὐκ ἀεὶ τὸ ὅμοιον ὂν ὅμοιον παρακαλεῖ, aut illud in Phaedone 119, 25 οὐ γὰρ ἔχω ἔγωγε οὐδὲν οὕτω μοι ἐναργὲς ὂν ὡς τοῦτο, satis documenti est ποιεῖν τι αἰσχρὸν ὂν h. e. 'aliquid quod turpe est' vitiosum non esse. Quo probato, de adnotatione marginali, quam Schanzius cogitabat,

---

*) In Legum primo p. 4, 12 πάνυ γάρ ἐστι καὶ σφόδρα τὸ τοιοῦτον non nescimus Cobetum Var. lect. II, 540 καὶ particula expuncta πάνυ σφόδρα quod vulgare est restituisse; et falso additae copulae exempla Schanzius ad Symp. 52, 12 congessit, sed et haec et illud nos ambigimus quantae fidei sint habenda.

actum est; ἴσως autem ipsum cur displicuerit aut quid ei praestet εἴ τί πως*) nos aegre dispicimus: quae vox ut in hoc genere sententiarum creberrimi usus est, ita nunc insuper aequabilitate quadam orationis defenditur; sic enim τάχα et ἴσως, quae verba simillimae significationis communi usu cumulari solebant, velut Legum primo p. 21, 24 τάχ᾽ ἂν ὀρθῶς ἴσως μέμφοιτο, in coniunctis his sententiis sibi respondent, τάχ᾽ ἂν αἰσχύνοιο αὐτούς, εἴ τι ἴσως οἴοιο αἰσχρὸν ὂν ποιεῖν. Cumque ἴσως in hac oratione tam recte poni quam omitti potuerit, quemadmodum in Gorgia p. 8 se in continua sententiarum serie εἴποι ἂν ἴσως, φαίη ἂν ἴσως et φαίη ἄν, εἴποι ἂν excipiunt, quid miri quod statim eodem recurrente enuntiato non legitur, in quo praesertim cum ἴσως etiam τάχα omissum sit, τοὺς πολλοὺς οὐκ ἂν αἰσχύνοιο, εἴ τι οἴοιο αἰσχρὸν ποιεῖν. Haec nos pluribus verbis dicenda putavimus primum ob eam causam quia hoc dandum esse auctoritati viri de Platone meritissimi sentiebamus ut cum cura eius sententiam refelleremus, deinde non inutiliter caveri disputando videbatur ne qui specie ἴσως vocabuli oriunda decepti correctionis opinionem conciperent ubi vera et integra Platonis oratio agnosceretur.

III. Pergimus ad Symposium de quo modo diximus nonnulla si possumus conferre. **P. 18, 9 haec leguntur in Schanzii exemplari.**

δεῖ δὴ τὼ νόμω τούτω συμβαλεῖν εἰς ταὐτόν, τόν τε περὶ τὴν παιδεραστίαν καὶ τὸν περὶ τὴν φιλοσοφίαν τε καὶ τὴν ἄλλην ἀρετήν, εἰ μέλλει ξυμβῆναι καλὸν γενέσθαι τὸ ἐραστῇ παιδικὰ χαρίσασθαι. ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν ἐραστής τε καὶ παιδικά, νόμον ἔχων ἑκάτερος, ὁ μὲν χαρισαμένοις παιδικοῖς ὑπηρετῶν ὁτιοῦν δικαίως ἂν ὑπηρετεῖν, ὁ δὲ τῷ ποιοῦντι αὐτὸν σοφόν τε καὶ ἀγαθὸν δικαίως [ὑπουργῶν] αὖ ὁτιοῦν ἂν ὑπουργεῖν, καὶ ὁ μὲν δυνάμενος εἰς φρόνησιν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ξυμβάλλεσθαι, ὁ δὲ δεόμενος εἰς παίδευσιν καὶ τὴν ἄλλην σοφίαν ἵστασθαι, τότε δὴ τούτων ξυνιόντων εἰς ταὐτὸν τῶν νόμων μοναχοῦ ἐνταῦθα ξυμπίπτει τὸ καλὸν εἶναι παιδικὰ ἐραστῇ χαρίσασθαι, ἄλλοθι δὲ οὐδαμοῦ.

Quae cum librorum testimoniis non uno loco discrepant; hi enim primum v. 5 ὑπουργῶν omittunt, pro ὑπουργεῖν autem v. 6 exhibent ὑπουργῶν, deinde v. 7 κτᾶσθαι tradunt, non ἵστασθαι, quod Schanzius de coniectura posuit, ut εἰς praepositio haberet quo referretur. In qua re, ut prius paucis de hoc loco dicamus, quod hanc scripturam iis confirmari putavit, quae in Πολιτείας quinto 222, 5 leguntur, ᾗ σπουδάζει πρὸς ἄλλον τινὰ σκοπὸν στησάμενος, veremur ne specie ducatur; vera enim structura non est στησάμενος πρὸς σκοπόν, sed σπουδάζει πρὸς σκοπόν, cui nomini στησάμενος adiungitur, ut pronomen αὑτὸν audiatur: de quo dicendi modo, qui multa habet etiam apud Platonem exempla, alibi explicatius diximus. Itaque ἵστασθαι alienum est, κτᾶσθαι

---

*) **Etiam haec in Legum quarto p. 120, 12** λέγωμεν δὴ πρῶτον τὸν ἁπλοῦν, ἔχοι δ᾽ ἂν πως ἴσως ὧδε videndum est quam recte Schanzius Badhamo auctore mutaverit; qui cum interrogationem efficiunt cum responso ἔχοι δ᾽ ἂν πῶς; ἴσως ὧδε, in ordine videntur offendi. Sed πως quod ad ὧδε saepe addi solet (Πολιτ. 3 p. 121, 3) nunc cum ἔχοι ἂν coniunctum est, non minus recte.

autem quo suum locum obtineat, ab aliis praepositio deletur; sed haec oratio ὁ δὲ δεόμενος παίδευσιν καὶ τὴν ἄλλην σοφίαν κτᾶσθαι, ut proba est, ita parum a concinnitate commendatur; ac nobis sententiae ratio poscere videtur, ut quod verbum positum est in priore parte orationis, idem intelligatur in altera: sic enim inter se opponuntur, qui potest adiuvare alterum in prudentia ceteraque virtute et is qui se cupit adiuvari (sive cui opus est ut eum alter adiuvet) in humanitate ac sapientia*). Atque ξυμβάλλεσθαι potuisse utrique parti sententiae servire, non negabit qui vel haec contenderit quae scripta sunt in Legum duodecimo 324, 20 τῷ δεομένῳ γνῶναι τε καὶ εἰδέναι ἢ τῷ δεομένῳ κολάζεσθαι τε καὶ ἐπιπλῆξαι ἁμαρτάνοντι**). Quod si recte statuimus, apparet κτᾶσθαι abesse a sententia potuisse, sed et adiuvat aequabilitatem orationis nec adversatur rationi: sic enim existimamus, ut in Πολιτείας sexto scriptum est 282, 16 ὃς ἂν ξυλλαμβάνειν δεινὸς ᾖ ὅπως ἄρξουσιν, ita infinitivum κτᾶσθαι h. e. ὥστε κτᾶσθαι sive ὅπως κτήσεται ad ξυμβάλλεσθαι verbum non positum sed cogitatum liberiore modo non praeter morem esse adiectum. Sed haec in transcursu. Voluimus enim dedita opera de altera controversia agere quae est in eo loco, quem huic capiti praescripsimus. Etenim verba v. 4 ὁ μὲν χαρισαμένοις παιδικοῖς ὑπηρετῶν ὁτιοῦν δικαίως ἂν ὑπηρετεῖν, ὁ δὲ τῷ ποιοῦντι αὐτὸν σοφόν τε καὶ ἀγαθὸν δικαίως αὖ ὁτιοῦν ἂν ὑπουργεῖν, quae sic uti scripsimus, mutato tantum ὑπουργῶν, quod oratio respuit, in ὑπουργεῖν, e libris prodeunt et olim vulgabantur, cum claudere ex altera parte videantur, quaeritur, utrum addendo aequabilis oratio efficienda sit necne, et illud si placet, cui maxime loco adhiberi supplementum oporteat. Fuerunt enim, qui concinnitatem nihili faciendam putarent; qui vero addito participio aequabilitati partium prospici mallent, ὑπουργῶν aut ante δικαίως aut post δικαίως inseruerunt, unus etiam ante ὑπουργεῖν. Quae causa ut recte disceptetur, proficiscendum est ab illa forma orationis quam integram habet pars prior huius sententiae. De qua conformatione enuntiatorum quae aut Stallbaumius compluribus locis (Leg. VII 811*b*; III 682*a*; VIII 828*d*) aut ante eum Astius exposuerunt qui recognoverit intelliget eos parum subacto iudicio miscuisse quae diversa sunt, huius autem orationis proprietatem non satis perspexisse. Neque enim de quavis abundantia participii agitur sed de certa: cuius quae sit natura ex his exemplis perspicuum fiet.

---

*) De praepositione confer p. 17, 21 εὐεργετούμενος εἰς χρήματα ἢ εἰς διαπράξεις πολιτικάς; verbo autem ξυλλαμβάνειν vel ξυλλαμβάνεσθαι nihil aptius esse in hac sententia, praeter Πολιτείας locum supra allatum, docent etiam p. 62, 25 τούτου δὲ οἶμαι μοι συλλήπτορα οὐδένα κυριώτερον εἶναι σοῦ. Ceterum de sententia ipsa et qua oratione efferri soleat vide Euthydem. 15, 23 sqq.

**) De vi verborum δυνάμενος et δεόμενος inter se oppositorum haec quoque adeas quae sunt in Πολιτείας sexto p. 284, 4 (ἀναγκαῖον) πάντα τὸν ἄρχεσθαι δεόμενον ἐπὶ τὰς τοῦ ἄρχειν δυναμένου (θύρας ἰέναι).

οὗ δὴ τὸν αἴτιον θεὸν ὑμνοῦντες δικαίως ἂν ὑμνοῖμεν Ἔρωτα Symp. 30, 15;
τοῦτο δέ που ἀναμιμνήσκεσθαι λέγοντες ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν Phaedon. 118, 1;
καί τις λέγων αὐτὰ ταῦτα περὶ αὐτῶν μέτρι' ἄν μοι φαίνοιτο λέγειν Phaedon. 137, 21;
στάσιν ἄρα καὶ νόσον τῆς ψυχῆς πονηρίαν λέγοντες ὀρθῶς ἐροῦμεν Sophist. 19, 19;
οὐκοῦν ἐπείπερ οὐκ ἐπὶ τὸ ὄν, οὐδ' ἐπὶ τὸ τὶ φέρων ὀρθῶς ἄν τις φέροι Sophist. 33, 10;
καὶ καλῶς γε νῦν ὁρίζει ἡδονῇ τε καὶ ἀγαθῷ ὁριζόμενος τὸ καλόν Gorg. 40, 22;
ἐπιστήμην ἄν τιν' αὐτὸ ὑποπτεύοντες εἶναι ὀρθῶς ὑποπτεύοιμεν Men. 140, 28;
καλῶς ἂν αὐτὸ εἰκάζοντες εἰκάζοιμεν μὴ διδακτὸν εἶναι Men. 143, 25;
παρὰ τοὺς ἰατροὺς πέμποντες τόνδε καλῶς ἂν ἐπέμπομεν Men. 144, 22;
σκόπει παρὰ τίνας ἂν πέμποντες αὐτὸν ὀρθῶς πέμποιμεν Men. 145, 13 cf. 148, 3;
τί φῂς τὸν Σιμωνίδην λέγοντα ὀρθῶς λέγειν περὶ δικαιοσύνης Πολιτ. 1 p. 12, 6;
τοῦτο λέγων δοκεῖ ἔμοιγε καλῶς λέγειν ibid. 8;
ἦ ὀρθῶς σοι δοκῶ ἂν εἰπεῖν οὕτω λέγων Πολιτ. 1 p. 32, 15;
πῶς οὖν λέγοντες ἂν αὐτὸ μετρίως λέγοιμεν Πολιτ. 6 p. 274, 12;
θεοῦ μοῖραν αὐτὸ σῶσαι λέγων οὐ κακῶς ἐρεῖς Πολιτ. 6 p. 290, 12;
ὅλην τὴν τοιαύτην .. δίαιταν τῇ μελοποιΐᾳ .. ἀπεικάζοντες ὀρθῶς ἂν ἀπεικάζοιμεν Πολιτ. 3 p. 142, 6;
προσδοκᾷς ποτέ τινά τι ἱκανῶς ἂν στέρξαι, ὃ πράττων ἂν ἀλγῶν τε πράττοι καὶ μόγις σμικρὸν ἀνύτων Πολιτ. 6 p. 278, 14;
ἄλλο καὶ κάλλιον ἔτι τούτων ἡγούμενος αὐτὸ ὀρθῶς ἡγήσει Πολιτ. 6 p. 319, 15;
ἆρ' οὖν καὶ περὶ τῶν ἀνδρῶν τὰ αὐτὰ ταῦτα προκαλούμενος ὀρθῶς ἂν προκαλοίμην Πολιτ. 9 p. 436, 5; cf. ibid. 18;
καὶ καλοῦντες αὐτὸ φιλοχρήματον καὶ φιλοκερδὲς ὀρθῶς ἂν καλοῖμεν Πολιτ. 9 p. 444, 2; cf. 11;
ποτέρους καὶ πρὸς πότερον ἐπαινῶν τὸν πόλεμον οὕτως ὑπερεπήνεσας, τοὺς δ' ἔψεξας τῶν ἀνδρῶν Leg. 1 p. 7, 22 Schz. quippe nobis non persuadetur ἐπαινῶν quia abesse potest iure etiam reiici a criticis;
παιδείαν προσαγορεύων κατά γε τὴν ἐμὴν ὀρθῶς ἂν προσαγορεύοις Leg. 2 p. 35, 7;
τὸν αὐτὸν ἥδιστόν τε καὶ ἄριστον ὑπὸ θεῶν βίον λέγεσθαι φάσκοντες ἀληθέστατα ἐροῦμεν Leg. 2 p. 49, 14;
λόγου δεῖ πρὸς ταῦτα, ὅπῃ τοῦτο εὔλογον οὕτω γιγνόμενον ἂν γίγνοιτο Leg. 2 p. 50, 20; h. e. ὅπῃ τοῦτο οὕτω γιγνόμενον εὔλογον ἂν γίγνοιτο; Schanzius quod εὐλόγως scripsit non male scripsit, sed dubitamus quam necessario;
οὐδ' αὖ ἀμύνασθαι τήν γε Ἑλλάδα λέγων ὀρθῶς ἂν λέγοι Leg. 3 p. 85, 20; cf. 86, 10; 9 p. 127, 8;
πῶς δὴ τοῦτο λέγων ἄν τις ὀρθῶς λέγειν αὐτὸν πείθοι Leg. 4 p. 106, 4; cf. 9 p. 131, 6;
τὸ δέ γε τῶν ἄλλων πλεῖστα ἡμᾶς ὠφελοῦν μετὰ τῆς προσθήκης μάλιστ' ἂν τιμώμενον ὀρθότατα τιμῷτο καὶ τὸ δεύτερον δευτέρως, καὶ οὕτω δὴ κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον

τὰς ἐφεξῆς τιμὰς λαγχάνον ἕκαστον ὀρθῶς ἂν λαγχάνοι Leg. 3 p. 90, 17—20;

τὸ δ᾽ ἔστι περί τε ναυτιλίαν .. πάντα ταῦτ᾽ εἰπόντα δοκεῖν εὖ λέγειν, ἀλλὰ γὰρ ὁμοίως αὖ καὶ τόδε ἔστι λέγοντα εὖ λέγειν Leg. 4 p. 104, 5. 8;

σκοπὸς μὲν οὖν ἡμῖν οὗτος .. βέλη δὲ .. τὰ ποῖ᾽ ἂν φερόμενα ὀρθότατα φέροιτ᾽ ἂν Leg. 4 p. 114, 30; φερόμενα enim pro eo quod vulgabatur ante λεγόμενα a Schanzio putamus adiuvante ipsa quam declaramus orationis forma verissime esse restitutum;

γαμικοὶ νόμοι πρῶτοι κινδυνεύουσιν τιθέμενοι καλῶς ἂν τίθεσθαι Leg. 4 p. 120, 9;

οὐδείς ποτε ὅρον ἄλλον θέμενος ὀρθότερον οὐδὲ βελτίω θήσεται Leg. 5 p. 140, 2;

δικαστήρια ἃ δή φαμεν οὔθ᾽ ὡς ἀρχὰς οὔθ᾽ ὡς μὴ ῥάδιον εἰπόντα ἀναμφισβητήτως εἰρηκέναι Leg. 6 p. 171, 15;

τοὺς ἱερέας τε καὶ τὰς ἱερείας μετὰ νομοφυλάκων ἐξείργοντας ὁσίως ἐξείργειν Leg. 7 p. 23, 9 Bekk.;

ἴσως μέντ᾽ ἄν τίς μοι τοῦτ᾽ αὐτὸ ὑπολαβὼν ὀρθῶς ὑπολάβοι Leg. 7 p. 31, 23;

τί ποθ᾽ ὑμῖν ὁ νομοθέτης χρῆσθαι προστάξας ὀρθῶς ἂν τάξειε Leg. 7 p. 44, 23;

τί δή ποτ᾽ ἂν περὶ ἁπάντων τούτων ἑνὶ λόγῳ φράζων εἴποιμ᾽ ἂν ἱκανόν Leg. 7 p. 46, 15;

ἧς τὸ πλεῖστον μέρος ὄρχησίν τινά τις προσαγορεύων ὀρθῶς ἂν φθέγγοιτο Leg. 7 p. 53, 22;

ἔοικέ γε νῦν οὕτω πως ῥηθέντα ὀρθῶς εἰρῆσθαι καὶ κατὰ φύσιν ἃ λέγεις Leg. 7 p. 61, 12;

τὸ δὲ ἔοικε πᾶν τούτου τοὐναντίον γιγνόμενον ὀρθῶς ἂν γίγνεσθαι Leg. 7 p. 66, 10;

τάχ᾽ ἂν ἄτιμον αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπαίνων νομοθετοῦντες ὀρθῶς ἂν δόξαιμεν νομοθετεῖν Leg. 8 p. 101, 4; cf. 8 p. 87, 7;

τροφῆς δὲ καὶ διανομῆς τῶν ἐκ τῆς χώρας ἐγγὺς τῆς τοῦ Κρητικοῦ νόμου ἔοικεν ὀρθότης ἄν τις γιγνομένη κατὰ τρόπον γίγνεσθαι Leg. 8 p. 112, 8; simplex sententia haec erat διανομὴ τῶν ἐκ τῆς χώρας ἐγγὺς τῆς τοῦ Κρητικοῦ νόμου γιγνομένη ὀρθῶς ἂν κατὰ τρόπον γίγνοιτο vel γίγνεσθαι ἔοικεν;

δίκαι .. ἀκόλουθοι ταῖς ἔμπροσθεν πράξεσιν ἁπάσαις οὖσαι κατὰ φύσιν γίγνοιντο ἂν τὴν τῆς διακοσμήσεως τῶν νόμων Leg. 9 p. 118, 1; quae Stallbaumius non recte interpretatur. Cf. ibid. p. 136, 3. 7; 10 p. 222, 19;

ἂν μὴ τυγχάνῃς ταύτης, ἀποφέρων ὀρθῶς ἂν ἀποφέροι Leg. 11 p. 238, 18;

ἀπόρρητα μὲν λεχθέντα οὐκ ἂν ὀρθῶς λέγοιτο, ἀπρόρρητα δὲ Leg. 12 p. 333, 16;

Haec quae selegimus exempla accurate eam formam tenent quam dicimus, ad verbum finitum sententiae eiusdem verbi participio abundanter adiecto; nisi quod nonnumquam synonyma vel omnino similia quae sunt inter se permutantur, cuius generis pauca supra admixta sunt, possunt multo plura afferri, velut

τριῶν αὐτὴν ἓν λέγοντες δρᾶν σχεδὸν οὐκ ἀποτευξόμεθα Leg. 10 p. 206, 2;

κατὰ τίνα ἐπαινοῦντες τὸν τοιοῦτον λόγον οὐκ ἂν παντάπασιν πλημμελοῖμεν Leg. 10 p. 211, 2;

ἀγνοίαν λέγων ἄν τις τῶν ἁμαρτημάτων αἰτίαν οὐκ ἂν ψεύδοιτο Leg. 9 p. 138, 20;

sed propria forma haec est οὕτω λεγόμενον ὀρθῶς ἂν λέγοιτο; τοῦτο γιγνόμενον καλῶς ἂν γίγνοιτο; id quoque allata exempla docere possunt, etiamsi haec abundantia saepe cadat in dicendi, appellandi verba, tamen eam a nullo verborum genere alienam esse; haec autem copia quae est in sententiis conformandis cum altera ubertatis ratione, qua φθέγγομαι λέγων et similia, saepe etiam apud Platonem, dicuntur, nihil habet commune neque derivanda est ab eo, sed origo si quaeritur ab iis sententiis proficiscendum est, quae participii loco cognatas enuntiatorum formas habent; quod genus

πάσας ταύτας εἰ μὴ ἀναγκαίους φαῖμεν εἶναι, ἆρ' οὐ καλῶς ἂν λέγοιμεν Πολιτ. 8 p. 404, 11;

εἰ μὲν γιγνομένων ὀρθότατα τούτων .. μέμφοιτό τις ἐπικαλῶν αὐτῷ τῷ πράγματι, τάχ' ἂν ὀρθῶς ἴσως μέμφοιτο Leg. 1 p. 21, 22;

ὅστις δὴ διανοεῖται πόλεσιν ἀποφαίνεσθαι νόμους ... οὐκ ὀρθῶς διανοεῖται Leg. 6 p. 184, 31;

quae nullo negotio etiam illum dicendi modum induere poterant. Plato autem quamquam istum circuitum loquendi valde adamavit, tamen non desunt exempla similium enuntiatorum quae participia non habent, velut

ἆρ' οὐ φανταστικὴν ὀρθότατ' ἂν προσαγορεύοιμεν Sophist. 31, 17;

ἆρ' οὖν οὐκ ὀρθῶς ἂν τοὺς τοιούτους ἀπίστους καλοῖμεν Πολιτ. 9 p. 434, 16; cf. 8 p. 405, 3;

τούτου τὴν διάνοιαν ὡς γιγνώσκοντος γνώμην ἂν ὀρθῶς φαῖμεν εἶναι Πολιτ. 5 p. 266, 19;

τοῦτ' αὐτὸ προοίμιον ἀλλ' οὐ λόγος ἂν ὀρθῶς προσαγορεύοιτο εἶναι τοῦ νόμου Leg. 4 p. 122, 28;

ξυλλήβδην δὲ νοῦς μετὰ τῶν καλλίστων αἰσθήσεων κραθεὶς γενόμενός τε εἰς ἓν σωτηρία ἑκάστων δικαιότατ' ἂν εἴη καλουμένη Leg. 12 p. 318, 22;

atque adeo nonnumquam hae duae formae orationis nullo intervallo se excipiunt, ut in Gorgia p. 2, 31 τί ἂν αὐτὸν ὠνομάζομεν δικαίως, sed 33 ἰατρὸν ἄρα φάσκοντες αὐτὸν εἶναι καλῶς ἂν ἐλέγομεν; deinde p. 3, 1 rursus τίνα ἂν αὐτὸν ὀρθῶς ἐκαλοῦμεν, sed 5 τίνα ἂν καλοῦντες αὐτὸν ὀρθῶς καλοῖμεν, et in Legum septimo p. 54, 6 εἰρηνικὴν ἄν τις λέγων κατὰ φύσιν τὴν τοιαύτην ὄρχησιν λέγοι, τὴν πολεμικὴν δὴ τούτων, ἄλλην οὖσαν τῆς εἰρηνικῆς, πυρρίχην ἄν τις ὀρθῶς προσαγορεύοι.

His expositis redimus ad eum de quo agimus Symposii locum; in quo prior pars orationis tam plana est quam controversa altera. Sententiam quidem utroque modo constare apparet, sive scribitur δικαίως ἂν ὁτιοῦν ὑπουργεῖν, sive addito participio ὁτιοῦν ὑπουργῶν δικαίως ἂν ὑπουργεῖν; nam id quoque intelligitur, si adest participium, cum eo pronomen ὁτιοῦν coniungendum esse. Quod critici negligentes cum participium adiicerent prave verba in hunc modum collocarunt [ὑπουργῶν] δικαίως αὖ ὁτιοῦν ἂν ὑπουργεῖν. Quo non multo melior est aut quam Schanzius iniit

rationem δικαίως [ὑπουργῶν] αὖ ὁτιοῦν ἂν ὑπουργεῖν aut quam Voegelinus δικαίως αὖ [ὑπουργεῖν] ὁτιοῦν ἂν ὑπουργῶν. Qui ne probabilitatem quidem emendandi curarunt, ut supplementi genus originem peccati monstraret. Quo minus mirandum est fuisse qui reiecto participio simplici oratione et quae vituperabilis non esset acquiescere mallent, δικαίως αὖ ὁτιοῦν ἂν ὑπουργεῖν; nam ne aequabilitatis quidem studio hoc cogi posse vidimus, ut quae plenior est oratio in priore parte eandem retineat altera. Sic Usenerus ratiocinatus videtur qui illam scripturam olim vulgatam Iahnii libello renovato restituit. At tamen ei sententiae quo minus accedamus retinet nos indicium tenue illud quidem sed quod non possumus non certissimum vestigium veri habere: in libris enim scriptum est non ὑπουργεῖν sed ὑπουργῶν. Qua re hoc probatur, cum participium per se ferri non possit, non participium deesse sed infinitivum, eumque qui abesse non potest, non corrigendo ex participio efficiendum, sed addendum ad participium, eo quidem loco, ubi facillime incuria scribentis perire potuit, Platonem autem re vera adiecto participio illam ubertatem dicendi quam explicavimus una cum orationis aequalitate sectatum esse, cum ita scriberet.

> ὁ μὲν χαρισαμένοις παιδικοῖς ὑπηρετῶν ὁτιοῦν δικαίως ἂν ὑπηρετεῖν, ὁ δὲ τῷ ποιοῦντι αὐτὸν σοφόν τε καὶ ἀγαθὸν δικαίως αὖ ὁτιοῦν ἂν ὑπουργῶν [ὑπουργεῖν].

Unus Baiterus in Turicensium Platone a. 1839 breviter adnotavit (nam Schanzius non recte rettulit) 'Fort. ὑπουργῶν ὑπουργεῖν, sicut paulo ante ὑπηρετῶν .. ὑπηρετεῖν', postea ab ipso et a ceteris neglectum aut repudiatum. Haec autem series verborum, ut est paulo artificiosior, ita non solum orationi et sententiae apprime convenit sed simul aequalitati duarum partium aliquid venustae varietatis admiscet. Ceterum quod eiusdem verbi formae compositae sunt, ὑπουργῶν ὑπουργεῖν, consimile in hac oratione exemplum supra vidimus, Menon. 143, 25, καλῶς ἂν αὐτὸ εἰκάζοντες εἰκάζοιμεν μὴ διδακτὸν εἶναι, sunt autem in omni genere dicendi tam multa ut facile appareat hunc lusum sonorum Platoni valde in deliciis fuisse.

IV. In eodem Symposio Socrates ubi a Diotima secum disputationem institutam ad finem enarravit, haec dicit p. 54, 17.

> Ταῦτα δή, ὦ Φαῖδρε τε καὶ οἱ ἄλλοι, ἔφη μὲν Διοτίμα, πέπεισμαι δ' ἐγώ, πεπεισμένος δὲ πειρῶμαι καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν, ὅτι τούτου τοῦ κτήματος τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει συνεργὸν ἀμείνω Ἔρωτος οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως λάβοι· διὸ δὴ ἔγωγέ φημι χρῆναι πάντα ἄνδρα τὸν Ἔρωτα τιμᾶν καὶ αὐτὸς τιμῶ τὰ ἐρωτικὰ καὶ διαφερόντως ἀσκῶ καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελεύομαι καὶ νῦν τε καὶ ἀεὶ ἐγκωμιάζω τὴν δύναμιν καὶ ἀνδρείαν τοῦ Ἔρωτος καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμί.

Extremam harum sententiam inde a verbis διὸ δὴ v. 3, quam indistinctam dedimus sic uti scripta est in libris, vulgo interpretes ita per partes divisam exhibent ἔγωγέ φημι χρῆναι πάντα ἄνδρα τὸν Ἔρωτα τιμᾶν, καὶ αὐτὸς τιμῶ τὰ ἐρωτικὰ καὶ διαφερόντως ἀσκῶ, καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελεύομαι. Quae satis mira est oratio, quippe quae diiungat quae coniungenda erant, χρῆναι πάντ' ἄνδρα τὸν Ἔρωτα τιμᾶν καὶ αὐτὸς τιμῶ, quae vero discerni oportebat, ea coniungat, τιμῶ τὰ ἐρωτικὰ καὶ διαφερόντως ἀσκῶ. Ut enim du-

plex est obiectum quod grammatici vocant, ita suum utrique verbum necesse est accommodetur; sic enim Socrates se *τιμᾶν* quidem *τὸν Ἔρωτα, τὰ ἐρωτικὰ* autem dicit *ἀσκεῖν*. Hoc esse huius orationis consilium Usenerus intellexit, cuius iudicium temere impugnatum est. Inde autem consectarium fit ut aliqua parte in ista oratione oscitantes librarii peccarint. Haec enim ita divisa sed nulla particula inter se iuncta, *ἔγωγέ φημι χρῆναι πάντα ἄνδρα τὸν Ἔρωτα τιμᾶν καὶ αὐτὸς τιμῶ, τὰ ἐρωτικὰ καὶ διαφερόντως ἀσκῶ καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελεύομαι*, fieri non potest ut emendate scripta sint; itaque ut necteret sententias Usenerus ipse *καί* transposuit, *τὸν Ἔρωτα .. τιμῶ καὶ τὰ ἐρωτικὰ διαφερόντως ἀσκῶ*; qui Usenerum secuti sunt, Schanzius non traiiciendum *καί* sed ei alterum adiiciendum putavit, *τὸν Ἔρωτα .. τιμῶ [καὶ] τὰ ἐρωτικὰ καὶ διαφερόντως ἀσκῶ*, eodemque consilio Badhamus *δέ* particulam inseruit, *τιμῶ, τὰ [δ'] ἐρωτικὰ καὶ δ.* Hos quid moverit licet taceant apparet: noluerunt *καὶ διαφερόντως* temptari. Et hoc esse verum sat certo demonstrari potest. Nam quamquam *διαφερόντως* frequens est apud Platonem, *καὶ διαφερόντως*, h. e. vel eximie, non minus recte dici credideris quam aut *καὶ μάλα*, quod supra p. 10 legimus in Symposio et saepe occurrit (*καὶ ὃς λαβὼν καὶ μάλα ἵλεως* Phaedon. 184, 19; *ἐπισχόμενος καὶ μάλα εὐχερῶς καὶ εὐκόλως ἐξέπιεν* ibid. 185, 3), aut *καὶ μάλιστα* (*καὶ γὰρ ἴσως καὶ μάλιστα πρέπει* Phaedon. 93, 17; *ἃ μὴ βουλόμεθα ξυμβαίνειν καὶ μάλιστα ξυμβαίνει ταῖς πόλεσι* Leg. 6 p. 176, 32), multa similia; neque solum analogia per se satis firmo fundamento nitimur, sed ipsum quod defendimus *καὶ διαφερόντως* scriptum exstat in Phaedone 88, 25, *καὶ πάντες οἱ παρόντες σχεδόν τι οὕτω διεκείμεθα, ὁτὲ μὲν γελῶντες, ἐνίοτε δὲ δακρύοντες, εἷς δὲ ἡμῶν καὶ διαφερόντως, Ἀπολλόδωρος*, eodem illud usu positum quo in Menexeno p. 72, 10 dicitur *ἥπερ καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς πεποίηκε ῥήτορας, ἕνα δὲ καὶ διαφέροντα τῶν Ἑλλήνων, Περικλέα*, eandemque rationem in simili sententia sequitur *καὶ πάνυ*, in Gorgia p. 112, 24 *ἐπεὶ καὶ ἐνθάδε καὶ ἄλλοθι γεγόνασιν .. εἷς δὲ καὶ πάνυ ἐλλόγιμος γέγονεν*; in Protagora p. 112, 7 *ὅτι ὧν ἐντυγχάνω πολὺ μάλιστα ἄγαμαι σέ, τῶν μὲν τηλικούτων καὶ πάνυ*. Sed in his si forte conformatio orationis vim *καί* particulae ambiguam reddit, non ambiguum est hoc quod scriptum est in *Πολιτείας* octavo 352, 9 *καὶ μὲν δή, ἔφη, τό γε ἐπίχαρι καὶ διαφερόντως ἔχει*. Itaque *καὶ διαφερόντως* usu probatum ipsa sententia fovente tutabimur; neque tamen aut *καί* cum Schanzio aut cum Badhamo *δέ* inserendum ducimus, quorum hoc sententiarum tenor respuit, illud non nimis ab elegantia orationis probatur. Atque accedit aliud quo forte licet vacillans iudicium confirmare. Cum enim ita dicat Socrates *ἔγωγέ φημι χρῆναι πάντα ἄνδρα τὸν Ἔρωτα τιμᾶν καὶ αὐτὸς τιμῶ, τὰ ἐρωτικὰ καὶ διαφερόντως ἀσκῶ καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελεύομαι*, haec putamus iungenda *καὶ αὐτὸς τιμῶ καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελεύομαι*, ita quidem ut hoc tamquam par quoddam sententiarum universae illi orationi subiiciatur *ἔγωγέ φημι χρῆναι πάντα ἄνδρα τὸν Ἔρωτα τιμᾶν*. Illa enim ut iungamus sermonis mos admonet, quem cum illa paulo ante sequuntur, *πέπεισμαι δ' ἐγώ, πεπεισμένος δὲ πειρῶμαι καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν*, tum saepe multa, velut *ταῦτα δὴ αὐτός τε σκοπῶ καθ' ὅσον δύναμαι καὶ τοὺς ἄλλους ἐρωτῶ* Theaetet. 3, 10; *σὺ δὲ*

καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς εἶ καὶ ἄλλους οἷός τ' εἶ ποιεῖν ἀγαθούς Protagor. 97, 12; καὶ αὐτούς τε δημοσιεύειν ἐπιχειρεῖν καὶ ἄλλους τοιούτους παρακαλεῖν Gorg. 97, 29; αὐτός τε φῂς ῥήτωρ εἶναι καὶ ἄλλους ποιεῖν ῥητορικούς Gorg. 13, 16; καὶ αὐτὸν ἐπίστασθαι τὰ δίκαια καὶ ἄλλους διδάξειν ibid. 20, 32. Si igitur recte istam orationem explicamus, iam facile est librariorum peccatum tollere, qui ἀσκῶ scripserunt pro eo quod debebant ἀσκῶν. Quo reposito probabilis exit oratio.

> διὸ δὴ ἔγωγέ φημι χρῆναι πάντα ἄνδρα τὸν Ἔρωτα τιμᾶν καὶ αὐτὸς τιμῶ τὰ ἐρωτικὰ καὶ διαφερόντως ἀσκῶν καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελεύομαι καὶ νῦν τε καὶ ἀεὶ ἐγκωμιάζω τὴν δύναμιν καὶ ἀνδρείαν τοῦ Ἔρωτος καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμί.

Ita Socrates simul indicat quid sit τιμᾶν τὸν Ἔρωτα et quo ipse deum modo colat, eodem reliquos ut eum colant ac venerentur adhortatur. Leni remedio usi sumus in sanando, sed crescit probabilitas reputanti cum hoc loco, praecedente τιμῶ, peccati causam in aperto esse, tum alibi in libris Platonicis haud raro librarios in eundem errorem lapsos esse. Euthydem. 44, 16 τὸ δὲ δὴ μέγιστον, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει ὑμῖν καὶ τεχνικῶς ἐξηύρηται, ὥστ' ἐν πάνυ ὀλίγῳ χρόνῳ ὁντινοῦν ἂν μαθεῖν ἀνθρώπων, ἔγνων ἔγωγε καὶ τῷ Κτησίππῳ τὸν νοῦν προσέχων, ὡς ταχὺ ὑμᾶς ἐκ τοῦ παραχρῆμα μιμεῖσθαι οἷός τε ἦν. Sunt alia in his ambigua, sed προσέχων putamus certo pro προσέχω librorum restitutum esse. Phaedon. 156, 2 ὡς μέντοι διὰ ταῦτα ποιῶ ἃ ποιῶ καὶ ταῦτα νῷ πράττων ἀλλ' οὐ τῇ τοῦ βελτίστου αἱρέσει, πολλὴ καὶ μακρὰ ῥᾳθυμία ἂν εἴη τοῦ λόγου; ubi πράττων est Heindorfii, libri πράττω; Gorg. 92, 35 ὥσπερ καὶ ἣν σὺ κελεύεις ἐμὲ μελετᾶν τὴν ῥητορικὴν τὴν ἐν τοῖς δικαστηρίοις διασῴζουσαν. ΚΑΛ. Ναὶ μὰ Δία ὀρθῶς γέ σοι συμβουλεύων. Libri συμβουλεύω, quod usus et dicendi ratio reprobat; participium in apographo quodam et ab Heindorfio correctum. Gorg. 107, 27 ἐάν τέ τίς με ἢ νεωτέρους φῇ διαφθείρειν ἀπορεῖν ποιοῦντα, ἢ τοὺς πρεσβυτέρους κακηγορεῖν λέγοντα πικροὺς λόγους ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, οὔτε τὸ ἀληθὲς ἕξω εἰπεῖν, ὅτι δικαίως πάντα ταῦτα ἐγὼ λέγω καὶ πράττων τὸ ὑμέτερον δὴ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὔτε ἄλλο οὐδέν. Probabiliter si quid sentimus Cobetus πράττων pro πράττω quod est in libris restituit; hoc enim dicit Socrates λέγω πάντα ταῦτα δικαίως καὶ τὸ ὑμέτερον πράττων. Theaetet. 80, 18 οἷον ἱμάτιον πριάμενός τις καὶ ἐγκρατὴς ὢν μὴ φορῶν, ἔχειν μὲν οὐκ ἂν αὐτὸν αὐτό, κεκτῆσθαι δέ γε φαῖμεν, ubi φορῶ vel φορῷ est in libris, φορῶν Oxoniensis corrector et Winckelmannus posuerunt. Protagor. 87, 29 καὶ εἰμί τις γελοῖος ἰατρὸς ἰώμενος μεῖζον τὸ νόσημα ποιῶν sive Cobetus sive Hirschigius emendarunt, libri ποιῶ, quod falso defenditur. In his quoque plerumque quid vitio ansam dederit facile cognoscitur. Addenda autem ea quibus libri ipsi ita discedunt, ut alter indicativum prave, recte alter participium exhibeant, velut Theaetet. 86, 21; Euthydem. 2, 25; Gorg. 42, 10; Phaedon. 166, 2 aliisque locis pluribus.

v. In Phaedro, de quo dialogo nuper disseruimus, unius quidem loci emendationem temptaturi sumus. In παλινῳδίᾳ Socrates expositis quae praeparandi causa de animorum natura et fatis exponenda erant cum transitum parat ad partem alteram quae est de ortu amoris haec dicit p. 32, 17.

ἔστιν δὴ οὖν δεῦρο ὁ πᾶς ἥκων λόγος περὶ τῆς τετάρτης μανίας, ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν κάλλος τοῦ ἀληθοῦς ἀναμιμνησκόμενος πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμούμενος ἀναπτέσθαι, ἀδυνατῶν δὲ ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω, τῶν κάτω δὲ ἀμελῶν αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος, ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάσεων ἀρίστη τε καὶ ἐξ ἀρίστων τῷ τε ἔχοντι καὶ τῷ κοινωνοῦντι αὐτῆς γίγνεται καὶ ὅτι ταύτης μετέχων τῆς μανίας ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν ἐραστὴς καλεῖται.

Cuius impeditae orationis conformationem ut per partes evolvamus ordiendum est a summa sententia quae plana est. Socrates enim repetens ea quae p. 25, 21 dixerat, ἡμῖν δὲ ἀποδεικτέον αὖ τοὐναντίον ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ τῇ μεγίστῃ παρὰ θεῶν ἡ τοιαύτη (i. e. ἐρωτική) μανία δίδοται, iam totam orationem, postquam ad hunc locum devenerit, id agere profitetur, ut quartum illud insaniae genus quod proposuit optimam omnium esse comprobet: ἔστιν δὴ οὖν δεῦρο ὁ πᾶς ἥκων λόγος περὶ τῆς τετάρτης μανίας, ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάσεων ἀρίστη τε καὶ ἐξ ἀρίστων τῷ τε ἔχοντι καὶ τῷ κοινωνοῦντι αὐτῆς γίγνεται. His autem quae media interposita sunt, quibus natura eius insaniae depingitur, habent quae legentem morari possint: non ἥν dicimus, cui pronomini relativo reliqua liberiore structura adiunguntur, ἣν (μανίαν) ὁ τάδε καὶ τάδε ποιῶν αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος, quasi dixeris ἣν (μανίαν) αἰτίαν ἔχει ὡς μαινόμενος, aut quo genere in Πολιτείας quarto p. 193, 14 scriptum est νῦν δ' ἐκτελέσωμεν τὴν σκέψιν, ἣν ᾠήθημεν, εἰ ἐν μείζονί τινι τῶν ἐχόντων δικαιοσύνην πρότερον ἐκεῖνο ἐπιχειρήσαιμεν θεάσασθαι, ῥᾷον ἂν ἐν ἑνὶ ἀνθρώπῳ κατιδεῖν οἷόν ἐστιν. Sed quae ab ὅταν particula temporali regitur oratio, ea primo recto pede incedit, ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν κάλλος τοῦ ἀληθοῦς ἀναμιμνησκόμενος πτερῶται, dein accidit ut participiis cumulatis alterum verbum quod τὲ καί particulae cum πτερῶται coniungendum fuisse indicarant, frustra exspectetur, ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν κάλλος τοῦ ἀληθοῦς ἀναμιμνησκόμενος πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμούμενος ἀναπτέσθαι ἀδυνατῶν δὲ ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω, τῶν κάτω δὲ ἀμελῶν, αἰτίαν ἔχει. Aut enim verbis finitis utendum erat, ὅταν πτερῶταί τε καὶ .. βλέπῃ ἄνω, τῶν κάτω δὲ ἀμελῇ, aut si praeferebantur participia, βλέπων .. ἀμελῶν, iis addendum verbum unde penderent. Neque eam variatam structuram dicere licet: quamquam enim ad αἰτίαν ἔχει enuntiatum temporale ὅταν πτερῶται κτλ non minus recte quam participiis elata oratio referri poterat, προθυμούμενος ἀναπτέσθαι ἀδυνατῶν δὲ βλέπων ἄνω τῶν κάτω δὲ ἀμελῶν αἰτίαν ἔχει, ὡς μ. δ., haec tamen ambo in eadem sententia tamquam paria componi non poterant; neque credibile est Platonem ex altera in alteram transiturum formam fuisse, quia nec causa apparet qua motus mutaverit et τὲ καί particulae quasi quoddam notabile indicium recte explicatae orationis exstant. Itaque sic existimandum est aut Platonem non posuisse verbum quod positurus erat aut positum ab eo librarios sua incuria praetermisisse. Sed ut mittamus eos, qui quia Plato nonnumquam inducentibus certis rationibus orationem a suo principio deflexam liberius vagari patitur, ei quodvis genus ἀνακολούθου orationis attribuere non verentur, ii qui τὲ καί particulis sive deletis sive loco suo motis perfectam ex mutila orationem restituere conantur, cum temptant quae sana sunt, quae

vero vitio affecta, praetereunt, πλέον θάτερον ut aiunt effecisse emendando videntur. Cum enim Spengelius transpositis particulis ita scribit πτερῶται ἀναπτερούμενός τε καὶ προθυμούμενος ἀναπτέσθαι, quis non videt prave verba coniungi quorum alterum alteri subiiciendum erat: ἀναπτερούμενος enim προθυμεῖται ἀναπτέσθαι, ut est in Phaedone 172, 23 εἴ τις πτηνὸς γενόμενος ἀνάπτοιτο, Schanzio autem inducenti particulas τὲ καί, quae dici non potest unde originem duxerint, quam fidem habebimus aut hoc loco aut aliis, quibus eandem medelam adhibuit, Phaedr. 21, 15; Legum 6 p. 160, 14. Accedit quod si istis modis integra fit oratio, elegantior certe non evadit. Sed quod gravius est, cum quae apte coniuncta erant ὅταν πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμῆται ἀναπτέσθαι diiungi et comparia verba in duo dividi enuntiata iubent, ἣν ὅταν .. πτερῶται, ἀναπτερούμενος προθυμούμενος ἀναπτέσθαι .. αἰτίαν ἔχει, negligunt Platonis morem, qui cum ita scribit in Euthydemo 30, 13 δεόμενος τοῖν ξένοιν .. σῶσαι ἡμᾶς καὶ παντὶ τρόπῳ σπουδάσαι καὶ σπουδάσαντας ἐπιδεῖξαι τίς ποτ' ἔστιν ἡ ἐπιστήμη, aut in Phaedro 10, 16 σοὶ εἰπόμην καὶ ἑπόμενος συνεβάκχευσα μετὰ σοῦ τῆς θείας κεφαλῆς, Legum septimo p. 5, 16 καὶ ταῦτα ἐννοῶν αὐτὸς νόμοις ἂν τοῖς νῦν ῥηθεῖσι χρῷτο καὶ χρώμενος εὖ τήν τε οἰκίαν καὶ πόλιν διοικῶν εὐδαιμονοῖ, vel δέ particula interposita, Phaedr. 31, 4 ὅταν ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι μὴ ἴδῃ καί τινι συντυχίᾳ χρησαμένη λήθης τε καὶ κακίας πλησθεῖσα βαρυνθῇ, βαρυνθεῖσα δὲ πτερορρυήσῃ, satis ipse testatur, quid illo loco probabile fuerit: nam nec τὲ καί particulae, cum vulgo καί vel δέ poni soleat, neque πτερῶται quod ab ἀναπτερούμενος excipitur, ad proximi ἀναπτέσθαι similitudinem accommodato, prohibent quo minus haec ad eorum rationem quae supra scripta sunt accedere veramque Platonis consuetudinem referre statuamus. Quare in particulis τὲ καί si nihil licet movere, restat ut manca sit sive Platonis sive librariorum culpa oratio, additoque verbo, quod cum πτερῶται per istas particulas iungatur, idoneum adminiculum pendentibus participiis parari oporteat. Opinamur autem διατελῇ esse addendum et orationis formam hanc fuisse

> ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν κάλλος τοῦ ἀληθοῦς ἀναμιμνησκόμενος πτερῶταί τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμούμενος ἀναπτέσθαι ἀδυνατῶν δὲ ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω, τῶν κάτω δὲ ἀμελῶν [διατελῇ] αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος.

Hoc enim verbo recepto, quo nihil frequentius est apud Platonem, non solum integritas orationis restituitur, sed ipsa adeo sententia non leviter adiuvatur: quippe opprobrium insaniae perpetuitate quadam eius habitus, qui describitur, niti par est. Quo certius videtur non Platonem omisso verbo, quod in promptu erat, coeptam orationem destituisse, sed librariorum incuria commissum esse ut hodie desideretur quod abesse non debuit. Quo genere saepius librarii in Platonis dialogis peccarunt: ut mittamus quae supra similia tetigimus, in Sophista 32, 5 πάντα ταῦτά ἐστι [μεστὰ] ἀπορίας, inclusum μεστὰ ab Oxoniensi codice abest, habet Venetus; in Protagora 85, 33 πάνυ, ἔφην ἐγώ, [καλῶς] τε καὶ ὀρθῶς, in utroque libro desideratur καλῶς; supplevit primus Bekkerus; in Phaedro 23, 28 ὃν (λόγον) δὲ μέλλω λέγειν, Στησιχόρου τοῦ Εὐφήμου. λεκτέος δὲ ὧδε, ubi quod λεκτέος omissum est in Oxoniensi, ap-

paret causa erroris, neque difficilius putamus in isto ordine διατελῆ αἰτίαν ἔχει verbum a nobis additum scribentis socordia praetermitti potuisse.

Selegeramus alia quae expposituri eramus, si temporis et chartarum angustiae concederent: quae nunc seponimus utrimque praepediti, incerti eane alias repetere liceat, sed certe graviora aut maioris pretii iis quae supra scripsimus non erant, his ut aliquid ponderis addere potuissent.

Scr. m. Novembri a. MDCCCLXXXX.

LECTIONES.

I. ORDINIS THEOLOGICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

P. Kleinert, Dr. Dec.

I. Publice vaticinia Michaeana interpretabitur d. Iov. h. X-XI.

II. Privatim theologiae practicae systema exponet d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. VIII-IX.

III. Privatissime et gratis exercitationes in seminarii theologorum practici sectione homiletica moderabitur d. Lun. h. IV-VI et Sat. h. X-XII.

A. Dillmann, Dr.

I. Publice vaticinia quaedam exilica quae in media libri Iesaianici parte continentur exponet d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim 1) historiam populi Israelis enarrabit quinquies p. hebd. h. IX-X; 2) librum Iesaiae interpretabitur quinquies p. hebd. h. X-XI.

III. Privatissime et gratis exercitationes in seminarii theologici sectione studiis Veteris Testamenti dicata moderabitur d. Sat. h. XI-I.

H. de Goltz, Dr.

I. Privatim ethices christianae systema exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. VIII-IX.

II. Privatissime et gratis exercitationes ad theologiam dogmaticam pertinentes moderabitur d. Iov. h. VI-VIII.

C. G. A. Harnack, Dr.

I. Privatim 1) historiam ecclesiae aevi recentioris enarrabit quotidie excepto d. Merc. h. VIII-IX; 2) historiam dogmatum tradet quotidie h. VII-VIII.

II. Privatissime et gratis exercitationes in seminarii theologici sectione studiis historicis dicata moderabitur d. Mart. h. V-VII.

I. Kaftan, Dr.

I. Publice christianam de Deo doctrinam exponet d. Iov. h. XI-XII.

II. Privatim 1) theologiae dogmaticae partem posteriorem specialem tradet quotidie h. IX-X; 2) epistolam Pauli ad Romanos datam interpretabitur d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. XI-XII.

III. Privatissime et gratis societatem theologiae systematicae dicatam moderabitur d. Merc. h. VI-VIII.

O. Pfleiderer, Dr.

I. Privatim 1) doctrinae christianae partem priorem sive philosophiam religionis exponet d. Mart. Merc. Iov. Ven. Sat. h. XI-XII; 2) evangelia secundum Matthaeum Marcum Lucam interpretabitur d. Mart. Merc. Iov. Ven. Sat. h. XII-I.

II. Privatissime et gratis exercitationes in seminarii theologorum practici sectione catechetica moderabitur d. Lun. h. XI-I.

F. L. Steinmeyer, Dr.

Privatim homileticen et catecheticen docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V.

B. Weiss, Dr.

I. Privatim 1) evangelium Ioannis interpretabitur d. Lun. Mart. Merc. Ven. Sat. h. XI-XII; 2) epistolas Iacobi, Petri, Iudae, Ioannis interpretabitur iisdem diebus h. XII-I.

II. Privatissime et gratis exercitationes in seminarii theologici sectione studiis Novi Testamenti dicata moderabitur d. Iov. h. V-VII.

B. Brveckner, Dr., Prof. honorarius.

Lectiones non habebit.

2. *Professorum extraordinariorum.*

S. M. Devtsch, Dr.

I. Privatim historiae ecclesiasticae partem primam tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX.

II. Privatissime et gratis exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderabitur d. Merc. h. IX-XI.

S. Lommatzsch, Dr.

I. Publice de Lutheri doctrina et scriptis disseret d. Iov. h. XII-I.

II. Privatim 1) theologiam symbolicam docebit d. Mart. Merc. Ven. Sat. h. XI-XII; 2) paedagogicen tradet d. Lun. Merc. Ven. h. XII-I; 3) encyclopaediam theologiae exponet d. Mart. et Sat. h. XII-I.

N. Mveller, Lic.

I. Privatim 1) historiam ecclesiae medii aevi enarrabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-XI; 2) historiam artis christianae, quae antiquo et medio aevo floruit, adhibitis musei Regii et collectionis archaeologicae christianae monumentis tradet d. Lun. h. V-VII et d. Sat. h. X-XI.

II. Privatissime et gratis exercitationes archaeologicas ad selectos sarcophagos christianos spectantes moderabitur d. Merc. h. V-VI.

G. A. G. Rvnze, Lic.

I. Publice historiam doctrinarum ethicarum enarrabit d. Sat. h. XII-I.

II. Privatim christianam de reconciliatione et iustificatione doctrinam exponet d. Mart. et Ven. h. XII-I.

H. L. Strack, Dr.

I. Publice Pentateuchi capita quaedam poetica interpretabitur d. Iov. h. IX-X.

II. Privatim 1) librum Genesis interpretabitur d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. IX-X; 2) psalmos explicabit d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. X-XI.

III. Privatissime et gratis 1) exercitationibus instituti Iudaici sueto more praeerit d. Iov. h. XII-I; 2) exercitationes societatis Hebraicae moderari perget d. Iov. h. XI-XII.

3. *Privatim docentium.*

C. H. Chr. Plath, Lic.

I. Gratis de missione christiana in coloniis Germanicis disseret d. Iov. h. VI-VII.

II. Privatim artem diaconicam docebit d. Iov. Ven. h. V-VI.

III. Privatissime et gratis Tertulliani apologeticum tractandum proponet d. Ven. h. VI-VII.

H. de Soden, Dr.

I. Privatim 1) vitam Iesu Christi enarrabit d. Mart. Merc. Ven. Sat. h. IX-X; 2) acta apostolorum explicabit d. Iov. h. XI-I.

II. Privatissime et gratis 1) exercitationes homileticas instituet d. Sat. h. VIII-IX; 2) societatem rebus diaconicis dicatam moderabitur d. Iov. h. VIII-IX.

II. ORDINIS IVRIDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

O. Gierke, Dr. Dec.

I. Privatim 1) historiam iuris Germanici d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX tradet; 2) ius commerciorum cum iure maritimo d. Merc. et Sat. h. IX-XI docebit.

II. Privatissime et gratis in seminario iuris Germanici sodales in interpretandis patriis fontibus praecipue speculo Saxonico exercebit d. Ven. h. V-VII.

A. F. Berner, Dr.

Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam iuris d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius criminale ad librum suum „Lehrbuch des Deutschen Strafrechts, 16. Auflage, 1891" d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 3) ius gentium d. Merc. et Sat. h. XI-I docebit.

H. Brvnner, Dr.

I. Publice ius cambiale docebit d. Merc. h. XI-XII.

II. Privatim ius Germanicum privatum docebit iuris civilis formam nuper propositam respiciens d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-XI.

H. Dernbvrg, Dr.

I. Publice 1) ius familiae Romanae tradet d. Merc. h. VIII-IX; 2) ius concursus exponet d. Merc. h. VII-VIII (matut.).

II. Privatim 1) ius hereditarium Romanum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) ius civile Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VII-VIII (matut.) docebit; 3) exercitationes practicas iuris pandectarum d. Merc. h. IV-VI moderabitur.

E. Eck, Dr.

I. Privatim ius pandectarum excepto iure familiae et hereditario docebit novam iuris civilis formam nuper promulgatam respiciens quotidie h. IX-XI.

II. Privatissime et gratis exercitationes in seminarii iuridici sectione Romana moderabitur d. Iov. h. V-VII.

H. R. de Gneist, Dr.

I. Publice historiam corporis iuris civilis tradet d. Sat. h. X-XI.

II. Privatim docebit 1) ius criminale Germanicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) processum criminalem d. Merc. h. IX-XI, d. Sat. h. IX-X; 3) ius publicum tam Germanicum quam Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

L. Goldschmidt, Dr.

I. Publice ius assecurationum ad librum suum „System des Handelsrechts im Grundriss, 3. Auflage, 1891" d. Merc. h. I-II tradet.

II. Privatim 1) exercitationes practicas iuris civilis tam Romani quam hodierni moderabitur d. Mart. Iov. Ven. h. I-II; 2) ius commerciorum nec non maritimum ad librum suum „System des Handelsrechts im Grundriss, 3. Auflage, 1891“ docebit quotidie h. XII-I.

F. C. P. Hinschivs, Dr.

I. Privatim 1) ius ecclesiasticum catholicorum et protestantium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius civile Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 3) processum civilem secundum leges iudiciarias imperii Germanici ratione habita iuris communis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX docebit.

II. Privatissime et gratis exercitationes iuris ecclesiastici d. Lun. h. VI½ moderabitur.

B. Hvebler, Dr.

I. Privatim 1) ius ecclesiasticum catholicorum et protestantium d. Merc. et Sat. h. XI-I; 2) ius publicum Germanicum et Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 3) ius gentium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I docebit.

II. Privatissime et gratis exercitationes canonicas in seminario iuridico hor. def. moderabitur.

I. Kohler, Dr.

I. Privatim 1) ius criminale tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) processum civilem secundum leges iudiciarias imperii Germanici docebit d. Merc. et Sat. h. IX-XI; 3) philosophiam et comparationem iuris exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI; 4) encyclopaediam iuris et ius internationale docebit d. Merc. h. XI-I et Sat. h. XI-XII.

II. Privatissime et gratis exercitationes in comparatione et historia iuris criminalis moderabitur d. Iov. h. VII-VIII vesp.

A. Pernice, Dr.

I. Publice selectos pandectarum locos interpretandos proponet d. Iov. h. VI-VII.

II. Privatim 1) institutiones iuris Romani tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X; 2) historiam iuris Romani enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

L. K. Ægidi, Dr., Prof. honorarius.

I. Publice 1) ius matrimoniale d. Sat. h. XI-XII tractabit; 2) patrii iuris fontium historiam d. Merc. h. XI-XII delineabit.

II. Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam iuris d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) imperii et iuris Germanici historiam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 3) ius Germanorum publicum d. Merc. et Sat. h. IX-XI docebit.

L. de Cvny, Dr., Prof. honorarius.

Publice ius hereditarium Francogallicum et Rhenanum d. Sat. h. VIII-IX tradet.

A. Stœlzel, Dr., Prof. honorarius.
Scholas non habebit.

2. *Professorum extraordinariorum.*

C. Bernstein, Dr.

I. Publice Gaii institutionum libri iii §§ 88 seqq. interpretabitur d. Merc. h. XI-XII.

II. Privatim selecta pandectarum capita ratione exegetica tractabit d. Merc. et Sat. h. IV-VI.

O. Dambach, Dr.

I. Publice de poena incarcerationis secundum usum hodiernum nec non de propositis recentissimis ad reformandum ius criminale tractabit d. Lun. h. V-VI.

II. Privatim 1) ius publicum Germanicum et Borussicum cum iure administrationis publicae d. Merc. Sat. h. IX-XI; 2) ius gentium d. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 3) processum criminalem d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X docebit.

O. Gradenwitz, Dr.

I. Publice 1) ius familiae Romanae tradet d. Merc. h. XI-XII; 2) selectas inscriptiones Romanas ad ius Romanum spectantes interpretabitur d. Merc. h. XII-I.

II. Privatim 1) pandectarum partem alteram (ius obligationum) docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) ius hereditarium Romanum tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

E. T. Rvbo, Dr.

I. Publice iuris criminalis exercitationes moderabitur d. Merc. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) processum civilem imperii Germanici d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) ius criminale Germanicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 3) processum criminalem Germanicum d. Merc. h. IX-X, d. Sat. h. VIII-X docebit.

K. Zevmer, Dr.

I. Privatim historiam imperii et iuris Germanici enarrabit d. Merc. et Sat. h. IX-XI.

II. Privatissime et gratis in seminario iuris Germanici exercitationes de fontibus iuris aevi Francici moderabitur d. Mart. h. VI-VIII.

3. *Privatim docentium.*

I. Biermann, Dr.

I. Gratis processum civilem Romanum docebit d. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim 1) institutiones iuris Romani tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius pandectarum disputationibus explicabit d. Merc. Sat. h. IX-XI.

C. Bornhak, Dr.

I. Gratis de reformatione iuris publici Borussici a Steinio et Hardenbergio inchoata disseret d. Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim ius administrativum Borussicum docebit d. Merc. et Sat. h. IX-XI.

III. Privatissime et gratis exercitationes iuris administrationis moderabitur d. Sat. h. VI-VII.

Ph. Heck, Dr.

I. Gratis statutorum conflictum explicabit d. Merc. et Sat. h. XI-XII.

II. Privatim disputationibus et exercitationibus ius Germanicum tractabit d. Lun. et Iov. h. VI-VIII.

P. Heilborn, Dr.

Gratis de iuris gentium systemate condendo disseret d. Mart. h. IV-V.

L. Iacobi, Dr.

I. Privatim 1) processum civilem docebit d. Mart. et Ven. h. VIII-X; 2) exercitationes practicas processus civilis instituet d. Iov. h. VIII-X; 3) exercitationes practicas iuris civilis tam Romani quam communis moderabitur d. Lun. h. VIII-X; 4) ius pandectarum disputationibus explicabit d. Merc. et Sat. h. VIII-X.

II. Privatissime et gratis exercitationes in explicandis digestis instituet d. Lun. h. VII-VIII½ vesp.

H. Prevss, Dr.

I. Gratis historiam constitutionis Germanicae saec. xix delineabit d. Mart. h. I-II.

II. Privatim de iure publico universali et de arte politica disseret d. Merc. et Sat. h. X-XII.

III. ORDINIS MEDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

A. Hirsch, Dr. Dec.

I. Publice de historia, geographia, aetiologia morborum popularium maxime memorabilium leget d. Lun. et Iov. h. V-VI.

II. Privatim pathologiam et therapiam specialem docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V.

H. A. Bardeleben, Dr.

I. Privatim 1) akiurgiam docebit d. Mart. Iov. h. VIII-IX; 2) clinicen chirurgicam in nosocomio Caritatis Regio moderabitur quotidie h. IX½-XI.

II. Privatissime cursum operationum chirurgicarum offert d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VII.

E. de Bergmann, Dr.

I. Privatim clinicen chirurgicam in nosocomio Regio universitatis moderabitur sexies p. hebd. h. II-IV.

II. Privatissime cursum operationum chirurgicarum offert ter p. hebd. h. VI-VIII matut.

Æ. du Bois-Reymond, Dr.

I. Publice de materiae organicae mutandae condicionibus physicis adiunctis experimentis aget d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim physiologiae experimentalis partem primam docebit d. Mart. Ven. h. IX-XI.

III. Privatissime in instituto physiologico quaestiones physiologicas investigantibus praesto erit.

C. Gerhardt, Dr.

I. Publice de morbis laryngis, tracheae et bronchiorum disseret bis p. hebd. h. V-VI.

II. Privatim clinicen medicam in nosocomio Caritatis Regio moderabitur sexies p. hebd. h. VIII-IX½.

A. Gusserow, Dr.

I. Publice de neonatorum morbis semel p. hebd. disseret hor. def.

II. Privatim 1) gynaecologiam docebit d. Merc. et Sat. h. V-VI; 2) clinicen et policlinicen obstetriciam et gynaecologicam in nosocomio Caritatis Regio moderabitur sexies p. hebd. h. IV-V.

III. Privatissime de operationibus obstetriciis aget d. Mart. et Ven. h. V-VI.

O. Hertwig, Dr.

I. Publice de cellularum structura et functione lectiones habebit d. Sat. h. VII-VIII.

II. Privatim 1) ontogeniam hominis et animalium vertebratorum docebit d. Iov. Ven. Sat. h. VIII-IX; 2) exercitationes microscopicas instituet d. Mart. Iov. Ven. h. I-III; 3) exercitationes embryologicas moderabitur d. Sat. h. XII-III.

III. Privatissime in instituto anatomico quaestiones anatomicas investigantibus praesto erit.

F. Jolly, Dr.

I. Publice de neurosibus generalibus d. Iov. h. I-II aget.

II. Privatim clinicen morborum animi et systematis nervosi in nosocomio Caritatis Regio moderabitur d. Lun. Iov. Sat. h. VIII-IX½.

E. Leyden, Dr.

Privatim clinicen medicam moderabitur in nosocomio Caritatis Regio quinquies p. hebd. h. XI-XII.

M. E. O. Liebreich, Dr.

I. Publice de remediis recentioribus disseret d. Merc. h. IV-V.

II. Privatim 1) materiam medicam et artem formulas scribendi docebit cum experimentis d. Lun. Mart. Iov. h. V-VI; exercitationes practicas habebit d. Iov. h. IV-V, vel d. Ven. h. V-VI sive h. VI-VII; 2) exercitationes toxicologicas d. Merc. h. I-II in instituto pharmacologico habebit.

III. Privatissime exercitationes pharmacologicas in laboratorio instituti pharmacologici moderabitur quotidie h. IX-III.

R. Olshavsen, Dr.

I. Publice morbos gravidarum tractabit semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim clinicen obstetriciam et gynaecologicam moderabitur sexies p. hebd. h. X-XI.

C. Schweigger, Dr.

I. Publice de refractione et accommodatione disseret d. Sat. h. XII-I.

II. Privatim clinicen ophthalmiatricam in nosocomio Regio universitatis clinico moderabitur quinquies p. hebd. h. XII-I.

R. Virchow, Dr.

I. Publice de morbis renum disseret d. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim anatomiam pathologicam specialem tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI-XII.

III. Privatissime 1) cursum anatomes et microscopiae pathologicae nec non artis cadavera morbosa secandi d. Lun. Merc. Sat. h. VII-IX; 2) cursum histologiae pathologicae practicum d. Mart. Iov. Ven. h. VII-IX offert.

W. Waldeyer, Dr.

I. Publice de histiogenesi disseret d. Merc. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) anatomiam generalem docebit d. Lun. et Mart. h. VII-IX;

2) una cum Prof. Dr. H. Virchow exercitationes anatomiae microscopicas moderabitur quotidie h. IX-VI.

III. Privatissime in laboratorio anatomico operam daturis vacabit.

E. Rose, Dr., Prof. honorarius.

Privatissime chirurgiam et akiurgiam specialem docebit d. Lun. et Iov. h. VI-VIII vesp.

2. *Professorum extraordinariorum.*

M. Bernhardt, Dr.

I. Publice de connexu morborum systematis nervosi cum ceteris morbis aget d. Merc. h. VI-VII.

II. Privatim cursum morborum systematis nervosi nec non electrodiagnostices et electrotherapiae adiunctis demonstrationibus et exercitationibus practicis instituet d. Mart. et Ven. h. VI-VII.

L. Brieger, Dr.

I. Publice de morbis constitutionis demonstrationibus adiunctis disseret semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim 1) causam, diagnosin et therapiam morborum contagiosorum tradet; 2) pathologiam specialem in usum odontiatrorum docebit bis p. hebd. hor. def.

F. Bvsch, Dr.

I. Publice chirurgiam generalem docebit d. Merc. h. X-XI.

II. Privatim 1) policlinicen odontiatricam moderabitur quotidie h. XI-I; 2) doctrinae morborum dentium et oris partem alteram explicabit d. Lun. Ven. Sat. h. X-XI.

P. Ehrlich, Dr.

I. Publice de morbis sanguinis disseret d. Merc. h. III-IV.

II. Privatim cursum histologiae clinicae instituet bis p. hebd. hor. def.

C. A. Ewald, Dr.

I. Publice de diaetetice et curis diaeteticis disseret d. Sat. h. V-VI.

II. Privatim 1) cursum practicum diagnoseos et therapiae medicae instituet d. Mart. Ven. Sat. h. XII-I; 2) de morbis ventriculi aget d. Sat. h. IV-V.

F. Falk, Dr.

I. Publice capita selecta medicinae legalis tractabit d. Merc. h. VI-VII.

II. Privatim de pathologia historico-geographica disseret hor. def.

H. Fasbender, Dr.

I. Publice 1) tocologiam comparatam d. Mart. Iov. h. VIII-IX tradet; 2) de morbis uteri d. Merc. Sat. h. VIII-IX disseret.

II. Privatim artem obstetriciam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI docebit.

III. Privatissime cursum operationum obstetriciarum cum exercitationibus ad machinam instituendis d. Merc. Sat. h. X-XI offert.

B. Frænkel, Dr.

I. Publice therapiam topicam organorum respirationis superiorum adiunctis demonstrationibus docebit d. Ven. h. XII-I.

II. Privatim policlinicen laryngo-rhinologicam adiunctis institutione et exercitationibus ad narium, pharyngis et laryngis explorationem et therapiam topicam pertinentibus moderabitur d. Lun. Merc. Sat. h. XII-I.

III. Privatissime exercitationes prácticas rhino-laryngologicas in usum eruditiorum instituet quotidie h. I-II.

O. Fræntzel, Dr.

I. Publice de morbis pulmonum demonstrationibus adiunctis d. Lun. h. I-II disseret.

II. Privatim auscultationis et percussionis ceterarumque explorandi methodorum artem exercitationibus adiunctis exponet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. XII-I.

III. Privatissime laryngoscopiam cursu practico docebit d. Mart. et Ven. h. X-XI.

G. Fritsch, Dr.

I. Publice histologiam normalem tradet d. Lun. h. II-IV.

II. Privatim exercitationes microscopicas una cum Dr. Benda instituet d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. II-IV in coetu duplici.

III. Privatissime arti microscopicae operam daturis vacabit quotidie in instituto physiologico.

I. Gad, Dr.

I. Publice respirationis physiologiam docebit d. Mart. et Ven. h. XI-XII.

II. Privatim theses physiologiae fundamentales experimentis demonstrandi artem adiunctis exercitationibus in usu apparatuum physiologiae specialium tradet d. Mart. et Ven. h. IV-VI.

III. Privatissime disquisitiones ad physiologiam specialem pertinentes sexies p. hebd. reget.

E. Gvrlt, Dr.

Privatim de arte fasciarum applicandarum adiunctis demonstrationibus et exercitationibus disseret d. Mart. Merc. h. III-IV.

R. Hartmann, Dr.

I. Publice anthropologiam physicam gentium primitivarum adiunctis demonstrationibus docebit d. Merc. h. V-VI.

II. Privatim 1) osteologiam et syndesmologiam humanam d. Lun. Mart. Ven. et Sat. h. IX-X docebit; 2) anatomiam topographicam adiunctis demonstrationibus d. Merc. et Sat. h. II-III tractabit.

E. Henoch, Dr.

Privatim clinicen morborum infantium in nosocomio Caritatis Regio d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I, policlinicen d. Merc. et Sat. ab h. I moderabitur.

I. Hirschberg, Dr.

I. Publice operationes ocularias docebit et in animalibus vivis exercebit d. Merc. h. XII-I.

II. Privatim ophthalmologiam adiunctis demonstrationibus et exercitationibus practicis docebit d. Mart. Iov. Ven. Sat. h. XII-I.

A. Kossel, Dr.

I. Publice chemiam physiologicam praecipue in usum medicinae studiosorum docebit d. Merc. et Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) cursum practicum chemiae medicae una cum Dr. Schotten moderabitur quater p. hebd. h. II-IV; 2) exercitationes chemicas in laboratorio instituti physiologici quinquies p. hebd. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II moderabitur.

G. Lewin, Dr.

Privatim clinicen morborum syphiliticorum d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. XII-I moderabitur.

C. Liman, Dr.

I. Privatim 1) medicinam forensem studiosis iuris et medicinae accommodatam adiunctis demonstrationibus docebit d. Mart. et Ven. h. I-II; 2) cursum demonstrativum et practicum obductionum medico-legalium in instituto Regio medico-forensi instituet d. Merc. et Sat. h. I-III.

II. Privatissime exercitationes in instituto regio offert.

A. Lvcæ, Dr.

Privatim clinicen otiatricam d. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII in nosocomio universitatis Regio moderabitur.

E. Mendel, Dr.

I. Publice 1) de imputabilitate cum demonstrationibus in usum medicinae et iuris studiosorum disseret d. Merc. h. VI-VII; 2) psychiatriae partem generalem exponet d. Sat. h. VI-VII.

II. Privatim cursum morborum systematis nervosi et psychiatriae instituet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. V-VI.

III. Privatissime exercitationes microscopicas ad pathologiam cerebri et medullae spinalis pertinentes moderabitur quotidie.

H. Mvnk, Dr.

Privatim physiologiae experimentalis partem alteram (physiologiam circulationis, respirationis, digestionis, secretionis et caloris) tradet d. Mart. Merc. Ven. h. IX-X, d. Iov. h. IX-XI.

E. Salkowski, Dr.

I. Publice de fermentis et solutis et animatis disseret d. Iov. h. X-XI.

II. Privatim chemiam physiologicam et pathologicam experimentis adiunctis tradet d. Mart. et Ven. h. X-XI.

III. Privatissime 1) cursum practicum chemiae medicae moderabitur sexies p. hebd. h. XI-I; 2) exercitationes in laboratorio chemico instituti pathologici instituet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

H. Schœler, Dr.

I. Publice ophthalmologiam cum demonstrationibus practicis praecipue morbis externis respectis tractabit d. Sat. h. XI-XII.
II. Privatim de operationibus ophthalmiatricis disseret d. Merc. h. X-XII.

E. Schweninger, Dr.

I. Publice policlinicen morborum cutis d. Mart. et Ven. h. XII-I moderabitur.
II. Privatim clinicen morborum cutis d. Lun. h. X-XI moderabitur.
III. Privatissime colloquia offert hor. def.

H. Senator, Dr.

Privatim clinicen et policlinicen medicam moderabitur h. I-II, clinicen in nosocomio Caritatis Regio d. Mart. Iov. Sat., policlinicen in instituto universitatis policlinico (Dorotheenstrasse 5) d. Lun. Merc. Ven.

C. Skrzeczka, Dr.

Privatim de legibus et edictis Borussicis nec non imperii Germanici quae pertinent ad hygienen publicam disseret d. Mart. et Ven. h. X-XI.

E. Sonnenbvrg, Dr.

Privatim 1) de ossium fracturis et luxationibus adiunctis demonstrationibus disseret d. Merc. et Ven. h. III-IV; 2) cursum instituet diagnoseos et therapiae chirurgicae bis p. hebd. d. Merc. et Sat. h. XI-I.

F. Travtmann, Dr.

Privatim cursum otiatrices offert hor. def.

H. Virchow, Dr.

I. Privatim 1) anatomen organorum sensuum d. Lun. et Iov. h. IX-X tradet; 2) una cum professore Dr. Waldeyer exercitationes anatomiae microscopicas moderabitur quotidie h. IX-VI.
II. Privatissime in laboratorio operam daturis aderit quotidie.

I. Wolff, Dr.

I. Publice de orthopaedia functionali disseret d. Iov. h. II-III.
II. Privatim 1) policlinicen chirurgiae orthopaedicae adiunctis exercitationibus d. Lun. et Sat. h. II-III½ moderabitur; 2) artem fasciarum ligandarum cum exercitationibus d. Merc. et Sat. h. IV-V exponet; 3) diagnosticen chirurgicam cum exercitationibus docebit d. Mart. et Ven. h. IV-V.

M. Wolff, Dr.

I. Publice de morbis organorum uropoëticorum et genitalium adiunctis demonstrationibus disseret d. Lun. h. II-III.
II. Privatim de methodis investigandi bacteria adiunctis exercitationibus microscopicis aget d. Iov. h. II-IV.

3. *Privatim docentium.*

A. Baginsky, Dr.

I. Gratis de diaetetica infantium, imprimis de nutrimentis, disseret d. Merc. h. VI-VII.

II. Privatim pathologiam et therapiam morborum infantium cum demonstrationibus et exercitationibus practicis auscultationis et percussionis in infantibus instituendarum d. Lun. Merc. Ven. h. I-II docebit.

B. Baginsky, Dr.

Privatim 1) cursum practicum laryngoscopicum et rhinoscopicum offert d. Lun. Iov. h. VII-VIII; 2) de morbis aurium et cavi pharyngonasalis adiunctis demonstrationibus atque exercitationibus disseret d. Merc. et Sat. h. VI-VII.

G. Behrend, Dr.

I. Gratis de syphilidis in matrimonium atque in rem publicam sequelis aget d. Iov. h. VIII-IX.

II. Privatim de morbis cutaneis cum demonstrationibus et exercitationibus diagnosticis ratione habita morborum syphiliticorum leget d. Mart. et Ven. h. VIII-X.

C. Benda, Dr.

I. Gratis de investigationis microscopicae methodis disseret d. Sat. h. IV-V.

II. Privatissime exercitationes microscopicas moderabitur una cum Prof. Dr. G. Fritsch d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. II-IV in coetu duplici.

M. Bvrchardt, Dr.

I. Gratis de morbis oculorum d. Lun. et Iov. h. V-VI disseret.

II. Privatim cursum ophthalmoscopiae et refractionis determinandae instituet d. Mart. et Ven. h. VI-VII.

A. Dvehrssen, Dr.

I. Gratis de morbis neonatorum disseret d. Sat. h. V-VI.

II. Privatim artem obstetriciam docebit d. Lun. Mart. Ven. h. V-VI.

E. de Esmarch, Dr.

Gratis bacteriologiam cum demonstrationibus tradet d. Sat. h. V-VI.

A. Evlenbvrg, Dr.

I. Gratis de quaestionibus quibusdam medicis nunc cum maxime vigentibus disseret d. Sat. h. XII-I.

II. Privatim cursum diagnostices neuropathologicae et electrotherapiae offert bis p. hebd. hor. def.

F. Fehleisen, Dr.

Privatim 1) de ossium fracturis et luxationibus adiunctis demonstrationibus disseret d. Merc. et Ven. h. III-IV; 2) chirurgiam generalem docebit ter p. hebd. hor. def.; 3) cursum diagnoseos et therapiae chirurgicae instituet ter p. hebd. hor. def.

A. Frænkel, Dr.

I. Gratis de morbis cordis et pulmonum demonstrationibus adiunctis disseret d. Merc. h. VI-VII.

II. Privatim cursum diagnoseos medicae instituet d. Mart. et Ven. h. IX-X.

T. Glvck, Dr.

I. Gratis capita selecta chirurgiae universalis tractabit semel p. hebd. hor. defin.

II. Privatim 1) cursum diagnoseos et therapiae chirurgicae quater p. hebd.; 2) cursum desmologiae bis p. hebd. hor. def. instituet.

Æ. Grvnmach, Dr.

Privatim 1) exercitationes in usu apparatuum medicorum ad dignoscendos cordis et pulmonum morbos bis p. hebd. hor. def. moderabitur; 2) auscultationem, percussionem ceterasque explorandi methodos physicales adiunctis exercitationibus ter p. hebd. hor. def. docebit.

P. Gveterbock, Dr.

I. Gratis de morbis apparatus urinarii et generationis hominis cum demonstrationibus d. Sat. h. XII-I disseret.

II. Privatim de cura vulnerum et de arte fasciarum applicandarum d. Lun. h. VI-VIII vesp. vel d. Iov. h. VI-VIII vesp. scholas offert.

P. Gvttmann, Dr.

I. Gratis de morbis contagiosis acutis adiunctis demonstrationibus d. Sat. h. I-II disseret.

II. Privatim percussionem, auscultationem aliasque explorandi methodos adiunctis exercitationibus et demonstrationibus d. Merc. et Sat. h. II-III½ docebit.

A. Gvttstadt, Dr.

Gratis de statistica medicinali (de caecis, mutis, alienatae mentis, aegrotis, atque de institutis quae eorum causa extant) semel p. hebd. hor. def. disseret, cum excursionibus.

D. Hansemann, Dr.

Privatim cursum practicum artis microscopicae subtilioris instituet iunctis microbiorum tinctionibus d. Merc. Sat. h. II-IV.

E. Herter, Dr.

I. Privatim 1) chemiam physiologicam et pathologicam tradet d. Mart. Merc. h. V-VI; 2) hygienen tractabit d. Iov. Ven. h. V-VI.

II. Privatissime 1) cursum practicum chemiae medicae instituet quater p. hebd. hor. def.; 2) exercitationes chemicas moderabitur quotidie h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

H. Hœltzke, Dr.

Privatim ophthalmologiam cum demonstrationibus ter p. hebd. h. XII-I tractabit.

C. Horstmann, Dr.

Privatim 1) ophthalmologiam systematicam tradet d. Mart. Ven. h. VI-VII½; 2) de methodis oculi explorandi disseret, praecipue de ophthalmoscopia et de refractione determinanda, adiunctis exercitationibus practicis d. Lun. Iov. h. I-II.

L. Iacobson, Dr.

Privatim cursum otiatrices offert d. Mart. et Ven. h. III-IV aut aliis hor. defin.

O. Israel, Dr.

Gratis anatomiam morborum e plantis parasiticis ortorum docebit d. Lun. h. XII-I.

G. Klemperer, Dr.

I. Gratis de morbis ventriculi disseret d. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim 1) cursum practicum percussionis et auscultationis instituet ter p. hebd. hor. def.; 2) pathologiam et therapiam specialem d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V docebit.

H. Kravse, Dr.

I. Gratis anatomiam et pathologiam narium, pharyngis et laryngis tractabit d. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim cursum practicum laryngoscopicum et rhinoscopicum offert d. Mart. vel Iov. h. I-II et Sat. h. XI-XII.

G. Krœnig, Dr.

Privatim 1) microscopiam et chemiam clinicam adiunctis demonstrationibus et exercitationibus practicis tractabit d. Merc. et Sat. h. II-IV; 2) cursum diagnosticae physicae instituet d. Mart. et Ven. h. XI-I.

L. Landav, Dr.

I. Gratis de morbis puerperarum disseret d. Sat. h. VI-VII.

II. Privatim artem obstetriciam una cum exercitationibus ad machinam instituendis docebit d. Mart. et Sat. h. XII-I.

III. Privatissime gynaecologiam demonstrationibus adiunctis d. Lun. et Ven. h. IV-V docebit.

R. Langerhans, Dr.

Gratis de reactionibus microchemicis imprimis pathologiae ratione habita hor. def. disseret.

A. Langgaard, Dr.

Gratis toxicologiam cum experimentis et methodos venena chemica ratione explorandi docebit d. Mart. et Ven. h. I-II.

O. Lassar, Dr.

I. Privatim de morbis cutis atque syphiliticis cum demonstrationibus quinquies p. hebd. h. XI-XII disseret.

II. Privatissime et gratis colloquium pathologicum exercitationibus theoreticis adiunctis hor. def. offert.

L. Lewin, Dr.

I. Gratis de modo producendi et adhibendi nova medicamina eorumque effectu in homine disseret d. Iov. h. VI-VII.

II. Privatim 1) materiam medicam experimentis illustratam tradet exercitationesque in arte formulas scribendi instituet d. Lun. Mart. Iov. Sat. h. V-VI; 2) toxicologiam cum experimentis et exercitationibus methodosque venena chemiae et physicae ope demonstrandi docebit d. Merc. et Ven. h. V-VI.

L. Lewinski, Dr.

I. Gratis de morbis cutis adiunctis demonstrationibus disseret bis p. hebd. hor. def.

II. Privatim auscultationem et percussionem ceterasque explorandi methodos adiunctis exercitationibus docebit ter p. hebd. hor. def.

M. Litten, Dr.

I. Privatim cursum practicum percussionis et auscultationis ceterarumque explorandi methodorum d. Mart. Iov. Ven. h. XII-I habebit.

II. Privatissime exercitationes practicas in instituto privato policlinico d. Lun. Merc. Sat. h. XII-I moderabitur.

A. Martin, Dr.

I. Gratis de puerperio disseret d. Sat. h. VII-VIII mat.

II. Privatim artem obstetriciam adiunctis exercitationibus ad machinam instituendis docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VII-VIII mat.

III. Privatissime diagnoseos gynaecologicae exercitationes d. Mart. et Ven. h. II-III moderabitur.

F. Martivs, Dr.

Privatim 1) de morbis systematis nervosi adiunctis demonstrationibus disseret d. Mart. Ven. h. VI-VII; 2) cursum practicum laryngoscopicum offert d. Merc. Sat. h. VI-VII.

L. Mayer, Dr.

I. Gratis 1) partium genitalium muliebrium tumores tractabit d. Merc. h. V-VI; 2) de febri puerperali aget d. Sat. h. V-VI.

II. Privatim gynaecologiam demonstrationibus adiunctis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI docebit.

A. Mitscherlich, Dr.

Gratis de morbis chirurgicis organorum uropoëticorum et genitalium cum demonstrationibus d. Mart. Ven. h. V-VI disseret.

C. Mœli, Dr.

Gratis 1) de animi statu in foro arbitrando d. Iov. h. VI-VII adiunctis demonstrationibus disseret; 2) anatomiam et physiologiam systematis nervosi ad clinicen morborum systematis nervosi adhibitam exponet d. Merc. h. VI-VII.

I. Mvnk, Dr.

I. Gratis nutrimenta et digestionem experimentis illustrabit d. Ven. h. VI-VII.

II. Privatim elementa physiologiae (excepta digestione) adiunctis experimentis et demonstrationibus microscopicis tradet d. Merc. et Sat. h. VI-VIII.

G. Nagel, Dr.

I. Gratis de historia artis obstetriciae disseret d. Sat. h. VII-VIII.

II. Privatim cursum diagnoseos gynaecologicae adiunctis exercitationibus instituet d. Mart. et Ven. h. X-XII.

M. Nitze, Dr.

I. Privatim de morbis apparatus urinarii et generationis virilis adiunctis demonstrationibus disseret bis p. hebd. hor. def.

II. Privatissime urethroscopiam et cysthoscopiam iunctis exercitationibus docebit semel p. hebd. hor. def.

C. de Noorden, Dr.

Privatim 1) cursum practicum percussionis et auscultationis instituet d. Merc. Sat. h. IV-V, d. Lun. Ven. h. V-VI; 2) pathologiam et therapiam specialem docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

H. Oppenheim, Dr.

I. Gratis de morbis medullae spinalis disseret d. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim cursum practicum diagnoseos et therapiae morborum systematis nervosi nec non electrodiagnostices et electrotherapiae d. Lun. et Merc. h. I-II instituet.

L. Perl, Dr.

I. Gratis de morborum chronicorum therapia balneologica semel p. hebd. hor. def. disseret.

II. Privatim auscultationem et percussionem aliasque explorandi methodos adiunctis exercitationibus bis p. hebd. hor. def. docebit.

C. Posner, Dr.

I. Privatim de morbis systematis uropoëtici et genitalium virilium disseret exercitationibus adiunctis d. Lun. Merc. Sat. h. I-II.

II. Privatissime et gratis colloquium medicum de morbo Brightii offert semel p. hebd. hor. def.

G. Preyer, Dr.

I. Gratis 1) conversatorium physiologicum instituet d. Merc. h. IV-V; 2) de macrobiosi disseret d. Mart. h. VI-VII.

II. Privatim elementa physiologiae comparatae tradet d. Lun. et Iov. h. IV-V.

H. Rabl-Rveckhard, Dr.

I. Gratis histologiam docebit d. Merc. h. XI-I.

II. Privatim exercitationes microscopicas histologicas instituet d. Lun. et Mart. h. XI-I aut hor. def.

B. Rawitz, Dr.

I. Gratis de generis humani origine leget d. Merc. h. IV-V.

II. Privatim anatomiam comparatam tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

E. Remak, Dr.

I. Gratis cursum practicum electrodiagnostices et electrotherapiae cum demonstrationibus d. Merc. h. VI-VII habebit.

II. Privatim cursum diagnostices specialis et electrotherapiae morborum systematis nervosi cum demonstrationibus et exercitationibus offert bis p. hebd. hor. def.

L. P. Riess, Dr.

Privatim cursum diagnostices internae, ratione imprimis percussionis et auscultationis habita, adiunctis exercitationibus d. Mart. Ven. h. XII-I instituet.

Th. Rosenheim, Dr.

I. Gratis de morbis ventriculi cum demonstrationibus leget d. Iov. h. II-III.

II. Privatim 1) auscultationem, percussionem et alias methodos explorandi aegrotos docebit d. Mart. et Ven. h. I¾-III; 2) cursum methodorum explorandi chemicarum et microscopicarum instituet d. Merc. et Sat. h. II-III.

G. Salomon, Dr.

Gratis chemiam urinae iunctis demonstrationibus bis p. hebd. hor. def. tractabit.

R. Schelske, Dr.

Gratis ophthalmologiam cum demonstrationibus bis p. hebd. hor. def. tractabit.

M. Schveller, Dr.

I. Gratis de therapia generali chirurgica semel p. hebd. hor. def. disseret.

II. Privatim pathologiam et therapiam morborum articulationum adiunctis demonstrationibus tractabit ter p. hebd. hor. def.

E. Siemerling, Dr.

Gratis 1) de morbis animi disseret d. Ven. h. IV-V; 2) anatomiam cerebri subtiliorem tractabit d. Merc. h. III-IV.

P. Silex, Dr.

Privatim cursum ophthalmoscopicum offert d. Mart. et Ven. h. I-II.

F. Strassmann, Dr.

I. Gratis toxicologiam forensem docebit d. Sat. h. I-II.

II. Privatim exercitationes microscopicas praecipue ad medicinam forensem pertinentes instituet d. Lun. et Iov. h. XII-II.

A. Tobold, Dr.

Privatim laryngoscopiae cursus dieb. et hor. def. offert.

I. Veit, Dr.

I. Gratis capita selecta tocologiae exponet semel p. hebd.
II. Privatim diagnosticen gynaecologicam docebit d. Lun. h. X-XII.

G. Winter, Dr.

I. Gratis de pelvi angusta aget d. Sat. h. IV-V.
II. Privatim artem obstetriciam cum exercitationibus ad machinam instituendis docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. VI-VII.
III. Privatissime cursum diagnoseos gynaecologicae instituet d. Mart. et Ven. h. I-II.

W. Zvelzer, Dr.

I. Gratis 1) de analysi urinae disseret d. Mart. h. I-II; 2) morbos systematis uropoëtici demonstrabit d. Merc. et Sat. h. I-II; 3) exercitationes de endoscopia (urethro- et cysthoscopia) habebit semel p. hebd. hor. def.
II. Privatissime exercitationes in laboratorio clinico instituet quater p. hebd. hor. def.

LECTIONES INSTITVTI ODONTIATRICI.

W. D. Miller, Dr.

I. Publice doctrinae morborum oris parasiticorum partem specialem exponet d. Lun. h. V-VI.
II. Privatim 1) odontiatriae operativae partem primam tractabit d. Merc. Ven. h. V-VI; 2) una cum Dr. Paetsch cursum odontiatricum practicum cum exercitationibus in dentibus plumbandis offert sexies p. hebd. h. II-IV.

I. Pætsch, Dr.

I. Publice de servandis dentibus aget et praecipue theoriam artis dentium effarciendorum tractabit d. Ven. h. V-VI.
II. Privatim una cum Dr. Miller cursum practicum operativae quae dicitur dentium therapiae imprimis ratione habita artis dentes cavatos effarciendo servandi sexies p. hebd. h. II-IV moderabitur.

L. Warnekros.

I. Publice de prothesi disseret bis p. hebd. d. Mart. et Ven. h. V-VI.
II. Privatim cursum practicum in amissis dentibus restituendis cum exercitationibus practicis et demonstrationibus moderabitur quotidie h. IV-VI. — Laboratorium studiosis patebit quotidie h. IX-VI.

IV. ORDINIS PHILOSOPHICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

L. Fvchs, Dr. Dec.

Privatim applicationes theoriae functionum ellipticarum docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

H. E. Beyrich, Dr.

Hoc semestri lectiones non habebit.

G. de Bezold, Dr.

I. Privatim meteorologiam theoreticam h. e. staticam ac dynamicam atmosphaerae tradet d. Merc. et Sat. h. XI-XII.
II. Privatissime exercitationes practicas moderabitur in instituto meteorologico quotidie.
III. Privatissime et gratis colloquium meteorologicum moderabitur d. Merc. h. XII-I.

E. Cvrtivs, Dr.

I. Publice colloquia de quaestionibus ad archaeologiam artium et historiam graecam pertinentibus moderabitur d. Merc. h. I-II.
II. Privatim 1) ethnographiam et geographiam orbis antiqui docebit topographiam Graeciae maxime respiciens d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) formas deorum graecorum in museo Regio illustrabit d. Merc. et Sat. h. IX-X.

H. Diels, Dr.

I. Privatim 1) philosophiam graecam tradet et selecta philosophorum fragmenta interpretabitur (ex Ritteri Prellerique historia phil. gr. ed. vii) d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) Xenophontis vitam et scripta tractabit eorumque selecta capita interpretabitur d. Merc. et Sat. h. VIII-X.
II. Privatissime et gratis exercitationes grammaticas instituere perget et Aristophanis Nubes ad interpretandum proponet d. Sat. h. VI-VIII pom.

W. Dilthey, Dr.

I. Publice exercitationes philosophicas moderabitur d. Mart. h. VI-VIII.
II. Privatim 1) historiam philosophiae universae explicabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) paedagogicen docebit d. Lun. Mart. Iov. h. X-XI.

A. Engler, Dr.

I. Privatim 1) botanicen systematicam cum medico-pharmaceutica et oeconomica coniunctam docebit d. Mart. Iov. Ven. h. VII½-IX; 2) exercitatio-

nes ad plantarum determinationem pertinentes moderabitur d. Ven. h. V-VII in auditorio musei botanici.

II. Privatissime et gratis disquisitiones botanicas systematicas et phytogeographicas in laboratorio musei botanici moderabitur quotidie.

W. Fœrster, Dr.

I. Publice historiam astronomiae tractabit d. Mart. et Ven. h. III-IV.

II. Privatim astrometriam demonstrationibus vespertinis in observatorio regio illustrandam docebit d. Merc. et Sat. h. II-IV.

G. de Gabelentz, Dr.

I. Publice linguam malaicam docebit d. Merc. h. V-VI.

II. Privatim 1) linguae iaponicae classicae grammaticam docebit d. Mart. et Ven. h. IV-V; 2) textus sinicos e libro Kù-wên-p'ing-čù depromptos interpretabitur d. Merc. h. IV-V.

III. Privatissime et gratis exercitationes linguisticas moderabitur dieb. et hor. defin.

H. Grimm, Dr.

Privatim artes et humanitatem saeculi xix enarrabit quater p. hebd. h. XI-XII.

F. R. Helmert, Dr.

I. Publice regionum descriptionem horizontalem docebit d. Merc. h. X-XI.

II. Privatim theoriam regiones in chartas proiiciendi tractabit d. Merc. Sat. h. IX-X.

H. de Helmholtz, Dr.

Privatim dynamicen corporum elasticorum et fluidorum docebit d. Merc. et Sat. h. IX-XI.

O. Hirschfeld, Dr.

I. Publice selectas Iuvenalis satiras interpretabitur d. Merc. h. IV-V.

II. Privatim de fontibus historiae Romanae disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

III. Privatissime et gratis exercitationibus historicis scriptores historiae Augustae tractabit d. Mart. h. VI-VIII.

A. G. de Hofmann, Dr.

Privatim 1) chemiam experimentalem organicam docebit d. Lun. Merc. Iov. h. IX-XI; 2) exercitationes chemicas in laboratorio universitatis i una cum F. Tiemann, Prof. honor. moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

Æ. Hvebner, Dr.

I. Privatim 1) historiae litterarum Romanarum partem alteram tradet duce libro a se quartum edito d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) de Ciceronis libris rhetoricis et philosophicis disseret et selecta ex eis capita interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. h. I-II.

II. Privatissime et gratis exercitationes societatis philologicae moderari perget d. Ven. h. VII-IX vesp.

R. Kekvlé, Dr.

I. Publice exercitationes archaeologicas in museo Regio moderari perget d. Sat. h. X-XI.

II. Privatim historiam sculpturae Graecae in museo Regio enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

H. Kiepert, Dr.

I. Publice chorographiam Galliae tractabit d. Merc. h. VIII-IX.

II. Privatim geographiam et ethnographiam citerioris Asiae enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. Kirchhoff, Dr.

I. Privatim 1) de dialectis linguae Graecae disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) Aeschyli Eumenides interpretabitur eisdem diebus h. X-XI.

II. Privatissime et gratis exercitationes epigraphicas instituet d. Sat. h. VI-VIII.

C. Klein, Dr.

I. Publice exercitationes mineralogicas moderabitur d. Sat. h. II-IV.

II. Privatim 1) petrographiam tradet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. XI-XII; 2) mineralogiam I docebit d. Mart. et Ven. h. X-XII.

III. Privatissime et gratis exercitationes mineralogicas in laboratorio instituti mineralogici et petrographici universitatis moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-V.

V. Kœhler, Dr.

I. Privatim historiam Macedonum et Graecorum ad mortem Alexandri M. enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX mat.

II. Privatissime et gratis exercitationes de historia bellorum Persicorum moderabitur d. Ven. h. VI-VIII vesp.

L. Kronecker, Dr.

I. Publice de notione mathematica numeri disseret d. Merc. h. IV-V.

II. Privatim theoriam integralium et simplicium et multiplicium docebit d. Lun. Mart. Iov. h. XI-I.

E. E. Kvmmer, Dr.

Valetudine impeditus lectiones non habebit.

A. Kvndt, Dr.

I. Privatim physices experimentalis partem secundam (electricitatem, magnetismum, opticen) docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII-I.

II. Privatissime exercitationes practicas in laboratorio physico moderabitur a) bis p. hebd. h. II-VI dieb. def., b) quotidie: d. Sat. h. IX-I, reliquis diebus h. IX-VI.

M. Lenz, Dr.

I. Publice 1) Germanorum ars rerum scribendarum quos progressus fecerit inde a renatis litteris enarrabit d. Iov. h. XI-XII; 2) exercitationes seminarii historici moderabitur d. Mart. h. VI-VIII.

II. Privatim gentium tam Germanarum quam Romanicarum vitam et mores saeculo XVIII qui fuerint exponet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X.

K. Mœbivs, Dr.
Publice systema avium adumbrabit d. Merc. h. III-IV.

Th. Mommsen, Dr.
Lectiones hoc semestri non habebit.

C. Rammelsberg, Dr.
I. Publice de mineralium natura chemica aget d. Merc. h. XII-I.
II. Privatim exercitationes practicas in laboratorio universitatis altero una cum C. Friedheim Dr. instituet quinquies p. hebd. h. VII-III, d. Sat. h. VII-XII.

F. de Richthofen, Dr.
I. Publice colloquium geographicum moderabitur d. Mart. h. V-VII.
II. Privatim de gentium per orbem terrarum commerciis et coloniis secundum rationem geographicam disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

I. Roth, Dr.
I. Publice exercitationes petrographicas instituet d. Mart. h. IX-X.
II. Privatim petrographiam tradet d. Lun. Merc. Sat. h. X-XI.

E. Sachav, Dr.
I. Publice 1) spicilegium Syriacum Curetonianum d. Merc. et Ven. h. I-II; 2) selecta Hamâsae carmina d. Lun. Mart. h. I-II interpretabitur.
II. Privatim 1) de litteris Syrorum disseret d. Lun. Mart. h. XII-I; 2) selecta libri Mufaṣṣal capita interpretabitur d. Merc. Ven. h. XII-I.
III. Privatissime et gratis exercitationes Arabicas moderabitur d. Iov. h. XII-II.

P. Scheffer-Boichorst, Dr.
I. Publice exercitationes seminarii historici moderabitur d. Ven. h. VI-VIII.
II. Privatim Germanorum vitam et mores medio aevo qui fuerint exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

E. Schmidt, Dr.
I. Privatim 1) historiam litterarum germanicarum saeculi XVI enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) de Goethii vita et scriptis a. 1749—1775 disseret d. Lun. Iov. h. XI-XII.
II. Privatissime et gratis sodalibus seminarii germanici carmina Klopstockiana Goethiana Uhlandiana interpretanda proponet d. Merc. h. XI-I.

I. Schmidt, Dr.
I. Publice grammaticam linguae Graecae continuabit d. Lun. Iov. h. XII-I.
II. Privatim grammaticam comparatam linguae Goticae docebit et Novi Testamenti versionem Goticam interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

G. Schmoller, Dr.
I. Publice leges et instituta quibus conductorum operarumque rationes variis temporibus obnoxiae fuerint exponet d. Merc. h. XI-XII½.

II. Privatim oeconomiae politicae theoriam generalem docebit d. Mart. et Ven. h. V-VII.

E. Schrader, Dr.

I. Publice antiquitates Babyloniorum et Assyriorum tradet d. Mart. et Ven. h. IV-V.
II. Privatim inscriptiones Assyriacas et Babylonicas selectas explicabit d. Mart. et Ven. h. III-IV.
III. Privatissime et gratis linguam Aethiopicam docebit necnon textus Aethiopicos interpretabitur d. Lun. et Iov. h. III-IV.

F. E. Schvlze, Dr.

I. Publice de protozois disseret d. Merc. et Sat. h. IX-X.
II. Privatim 1) cursum zootomicum macroscopicum moderabitur d. Mart. et Ven. h. IV-VI; 2) cursus zoologici microscopici partem alteram instituet quotidie; 3) disquisitiones zoologicas in laboratorio zoologico moderabitur quotidie.

S. Schwendener, Dr.

I. Privatim 1) principia botanices docebit d. Merc. Sat. h. V-VII; 2) problemata mechanica botanices tractabit d. Lun. h. V-VII; 3) exercitationes microscopicas instituet d. Merc. Sat. h. IX-XII.
II. Privatissime et gratis disquisitiones botanicas in laboratorio botanico moderabitur quotidie.

F. Tietjen, Dr.

I. Publice de orbitarum stellarum duplicium determinatione disseret d. Merc. h. XI-XII.
II. Privatim de perturbationum quae dicuntur specialium computatione et de methodis corporum caelestium orbitas accuratissime determinandi tractabit d. Lun. Iov. h. XI-I.

A. Tobler, Dr.

I. Privatim 1) de Dantis Allagherii vita operibusque disseret eiusque Comoediam interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. h. IX-X; 2) historiam poesis Provincialis tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.
II. Privatissime et gratis exercitationes seminarii Romanensis moderabitur Provinciales d. Iov. h. VI-VII½.

H. de Treitschke, Dr.

I. Publice de Britanniae historia disseret d. Mart. et Ven. h. XI-XII.
II. Privatim res in Europa per annos 1789—1814 gestas enarrabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-XI.

I. Vahlen, Dr.

I. Privatim 1) Tibulli Propertii Ovidii elegias selectas interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) Theocriti idyllia enarrabit iisdem diebus h. XII-I.
II. Privatissime et gratis exercitationibus philologicis Ovidii heroidum epistolas interpretandas proponet d. Merc. h. V-VII.

A. Wagner, Dr.

I. Publice de quaestionibus ad operas fabriles spectantibus disseret d. Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) oeconomiam specialem sive practicam tradet d. Lun. et Iov. h. V-VII; 2) doctrinam rei nummariae et mensarum publicarum oeconomicam explicabit d. Merc. h. V-VII.

III. Privatissime et gratis in seminario oeconomico-statistico exercitationes oeconomico-politicas moderabitur d. Mart. h. VII½-IX.

W. Wattenbach, Dr.

I. Publice palaeographiam Graecam docebit d. Merc. h. XI-I.

II. Privatim palaeographiam Latinam tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

A. Weber, Dr.

I. Publice Kâlidâsae Çakuntalam interpretari perget d. Merc. h. IV-VI.

II. Privatim 1) Rigvedae aut Atharvavedae hymnos interpretabitur d. Mart. Iov. Ven. h. V-VI; 2) Yâskal Niruktam explicabit d. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

III. Privatissime scholas offert Sanscritas, Pâlicas, Zendicas.

C. Weierstrass, Dr.

Valetudine restituta lectiones indicabit.

C. Weinhold, Dr.

I. Publice exercitationes seminarii Germanici moderari perget d. Merc. h. VIII-X.

II. Privatim syntaxin linguae theodiscae docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

E. Zeller, Dr.

I. Publice de librorum authentia et rerum gestarum veritate diiudicanda disseret d. Merc. h. IX-X.

II. Privatim 1) philosophiam iuris docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) logicam et theoriam cognitionis tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

I. Zvpitza, Dr.

I. Privatim 1) historiam flexionum Anglicarum adumbrabit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-XI; 2) exercitationes ad syntaxin et stilum linguae Anglicae hodiernae spectantes instituet d. Mart. Iov. h. XI-XII.

II. Privatissime et gratis in seminario regio Anglico Roberti Burnsii poemata selecta sodalibus explicanda proponet d. Merc. Ven. h. IX-X.

M. Lazarvs, Dr., Prof. honorarius.

Lectiones non habebit.

F. Tiemann, Dr., Prof. honorarius.

I. Publice de analysi chemica quantitativa aget d. Ven. h. V-VI.

II. Privatim 1) chemiam metallorum experimentis illustratam docebit d. Merc. et Sat. h. VIII-IX; 2) de reactionibus generalibus corporum organicorum disseret d. Iov. h. VIII-IX.

2. *Academiae scientiarum Regiae sodalis.*

H. Landolt, Dr.

Privatim 1) chemiam organicam docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. XI-XII [ex indice lectionum academiae Regiae agronomicae]; 2) exercitationes practicas in laboratorio chemico academiae Regiae agronomicae moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-I; 3) exercitationes physico-chemicas instituet quotidie h. IX-V.

3. *Professorum extraordinariorum.*

P. Ascherson, Dr.

I. Publice excursiones botanicas instituet diebus indicandis.

II. Privatim plantarum familias imprimis nostrates secus exempla viva illustrabit d. Lun. Merc. Sat. h. VIII-IX.

I. Barth, Dr.

I. Privatim grammaticam Syriacam tradet d. Mart. et Ven. h. XII-I.

II. Privatissime et gratis poemata selecta Arabica explicabit semel p. hebd. hor. def.

A. Bastian, Dr.

Itinere redux lectiones indicabit.

H. Bellermann, Dr.

I. Publice historiam musices aevi medii inde ab initio doctrinae christianae usque ad Franconem de Colonia (saec. XIII) enarrabit d. Merc. et Sat. h. IX-X.

II. Privatissime et gratis in arte contrapuncti exercitationes instituet sequens librum suum „Der Contrapunct, 3. Auflage, Berlin 1887“ d. Merc. et Sat. h. VIII-IX.

G. Berendt, Dr.

Lectiones hoc semestri non habebit.

R. Biedermann, Dr.

I. Publice chemiam et technologiam picis liquidae et quae ex ea fiunt pigmentorum tradet d. Mart. h. IV-V.
II. Privatim chemiam technicam anorganicam demonstrationibus illustratam d. Lun. Iov. h. IV-V, d. Sat. h. III-V docebit et excursiones tempore idoneo instituet.

R. Bœckh, Dr.

I. Privatim theoriam scientiae statisticae docebit d. Mart. Ven. h. XII-I.
II. Privatissime et gratis in seminario oeconomico-politico-statistico exercitationes in arte statistica moderabitur d. Sat. h. XI-I.

A. Brveckner, Dr.

I. Publice Polonorum litteras saeculi xvii enarrabit d. Iov. h. V-VII.
II. Privatim Russorum litteras docebit d. Mart. h. V-VII.
III. Privatissime et gratis monumenta quaedam linguae Russicae et Palaeoslovenicae interpretanda proponet d. Sat. h. VIII-X.

W. Dames, Dr.

I. Publice geologiam Germaniae septentrionalis adiunctis excursionibus docebit d. Merc. h. I-II.
II. Privatim de petrefactis praecipuis formationum neptuniarum disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. I-II.

H. Delbrveck, Dr.

I. Privatim historiam Borussicam tractabit quater h. XII-I.
II. Privatissime et gratis exercitationes historicas de legibus Steinii et Hardenbergii moderabitur d. Iov. h. VI-VIII.

F. Dieterici, Dr.

Publice 1) Coranum interpretabitur atque una leges syntaxeos Arabicae explicabit d. Mart. et Ven. h. III-IV; 2) librum „Thier und Mensch" explicabit d. Mart. h. IV-V; 3) Alfarabii tractatum de philosophia interpretabitur d. Ven. h. IV-V.

H. Ebbinghavs, Dr.

I. Privatim 1) Kantii philosophiam exponet adiuncta interpretatione critices rationis purae d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) logicam tradet praemissa introductione in studium philosophiae d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.
II. Privatissime et gratis exercitationes ad psychologiam experimentalem pertinentes moderabitur d. Merc. h. III-V.

A. Erman, Dr.

I. Publice historiam Aegyptiacam enarrabit d. Merc. et Sat. h. XII-I.
II. Privatim 1) scripturam hieroglyphicam et elementa linguae Aegyptiacae tirones docebit bis p. hebd. hor. def.; 2) inscriptiones Aegyptiacas selectas interpretandas proponet bis p. hebd. hor. def.

C. Frey, Dr.

I. Publice exercitationes ad artis recentioris historiam pertinentes moderari perget d. Merc. et Sat. h. IX-XI.

II. Privatim 1) Dureri, Holbeinii, Leonardi de Vinciis, Michaelis Angeli, Raphaelis, Antonii de Allegris, Tiziani aliorumque saeculi XVI artificum vitam et opera explicabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) plastices et picturae monumenta quae in Regiis museis asservantur ab initio saeculi XVI usque ad Goethii mortem interpretabitur d. Merc. et Sat. h. XI-XII.

A. Fvrtwængler, Dr.

I. Publice exercitationes archaeologicas in museo Regio moderabitur d. Ven. h. II-III.

II. Privatim artium antiquarum historiam inde ab Alexandri Magni aetate enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

III. Privatissime et gratis quae Plinius de picturae historia refert sodalibus interpretanda proponet d. Iov. h. III-V.

S. Gabriel, Dr.

I. Publice de analysi chemica qualitativa aget d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim 1) de methodis syntheticis chemiae organicae disseret d. Lun. Iov. h. V-VI; 2) analysin volumetricam corporum tradet d. Merc. h. V-VI.

A. Garcke, Dr.

I. Publice de resinis officinalibus disseret d. Merc. h. IV-V.

II. Privatim pharmacognosiam docebit d. Lun. et Merc. h. VIII-X.

L. Geiger, Dr.

I. Publice de Iohannis Iacobi Rousseau vita et scriptis disseret d. Sat. h. X-XI.

II. Privatim historiam litterarum Germanicarum inde ab Opitio usque ad Klopstockium enarrabit d. Merc. et Sat. h. VIII-X.

C. Geldner, Dr.

I. Publice Kâlidâsi Raghuvamsum interpretabitur d. Lun. Merc. h. III-IV.

II. Privatim 1) elementa grammaticae Sanscritae docebit d. Mart. Iov. Ven. h. III-IV; 2) Kaṭhopanishadem interpretandam proponet semel p. hebd. hor. def.; 3) linguam Avesticam docebit et Avestam interpretabitur semel p. hebd. hor. def.

G. de Giżycki, Dr.

I. Publice principia ethices docebit ad normam libri sui „Moralphilosophie“ d. Merc. h. XI-XII.

II. Privatim logicam et theoriam cognitionis tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

G. Hettner, Dr.

I. Publice de basi logarithmorum naturalium et de numero Ceulenio disseret d. Merc. h. VIII-IX.

II. Privatim geometriam analyticam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

I. Hoffory, Dr.

I. Publice exercitationes Danicas instituet d. Ven. h. XI-XII.
II. Privatim Eddam Snorronis interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. h. XI-XII.
III. Privatissime et gratis in seminario Germanico exercitationes Eddicas moderabitur d. Sat. h. X-XII.

I. Knoblavch, Dr.

I. Publice theoriae superficierum capita selecta tractabit d. Merc. h. IX-X.
II. Privatim calculum integralem docebit et in functionum theoriam introducet d. Mart. Merc. Iov. Ven. Sat. h. VIII-IX.

L. Kny, Dr.

I. Privatim 1) plantarum morphologiam exponet d. Merc. et Sat. h. VIII-IX; 2) plantarum physiologiae experimentis illustratae partem alteram docebit d. Ven. h. VIII-IX; 3) exercitationes microscopicas instituet d. Mart. et Ven. h. I-III.
II. Privatissime et gratis disquisitiones botanicas in laboratorio phyto-physiologico moderabitur quotidie.

A. Kœnig, Dr.

I. Publice historiam scientiarum quae inductivae vocantur inde ab Leonardo da Vinci usque ad Darwinum enarrabit d. Ven. h. VI-VII.
II. Privatim cursum practicum optices physiologicae moderabitur d. Iov. h. V-VII.
III. Privatissime disquisitiones ad physiologiam physicalem pertinentes reget sexies p. hebd.

C. Liebermann, Dr.

Privatim 1) chemiae organicae partem alteram (capita selecta, chemiam pigmentorum, alcaloïdorum etc.) docebit d. Lun. et Iov. h. X-XII, d. Sat. h. X-XI [ex indice lectionum academiae Regiae technicae]; 2) exercitationes chemicas in laboratorio academiae Regiae technicae moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-V, d. Sat. h. VIII-XII.

C. A. Lossen, Dr.

Itinere geognostico impeditus hoc semestri non leget.

P. Magnvs, Dr.

I. Publice de impollinatione phanerogamarum aget d. Merc. h. IX-X.
II. Privatim morbos plantarum fungis parasiticis effectos tractabit d. Mart. et Ven. h. VIII-IX.

E. de Martens, Dr.

Publice mollusca indigena exponet d. Merc. et Sat. h. VIII-IX.

A. Meitzen, Dr.

I. Privatim rem statisticam imperii Germanici tractabit lectionibus et demonstrationibus d. Merc. h. XI-I.
II. Privatissime et gratis de historia rei agrariae inquisitiones instituet in seminario politico et statistico d. Iov. h. VII-IX vesp.

C. L. Michelet, Dr.

Privatissime 1) systema philosophiae scientiae exactae tradet hor. def.; 2) de qualibet philosophiae disciplina lectiones offert hor. def.

F. Neesen, Dr.

I. Publice opticen geometricam docebit d. Sat. h. VIII-IX.
II. Privatim acustices et optices principia mathematica tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. E. B. Orth, Dr.

I. Publice 1) de agris aestimandis aget d. Merc. h. V-VI; 2) capita selecta rei agrariae tractabit d. Mart. h. VI-VII; 3) excursiones tempore idoneo moderabitur.
II. Privatim agriculturam specialem (specielle Acker- und Pflanzenbaulehre) tradet d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-XI.
III. Privatissime exercitationes in laboratorio agronomico-pedologico academiae Regiae agronomicae 1) exercitationes pedologicas d. Lun. et Iov. h. II-IV; 2) disquisitiones agronomicas et chemicas ad agriculturam applicatas d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-IV una cum Berju, Dr. phil., moderabitur [ex indice lectionum academiae Regiae agronomicae].

F. Pavlsen, Dr.

I. Publice exercitationes philosophicas moderabitur libro Kantiano qui inscribitur „Kritik der reinen Vernunft“ ad explicandum proposito d. Merc. h. IX-XI.
II. Privatim 1) historiam philosophiae recentioris enarrabit ratione universae huius aetatis culturae habita d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) anthropologiam et psychologiam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

A. Pinner, Dr.

I. Publice capita selecta pharmaciae tractabit d. Mart. h. V-VI.
II. Privatim 1) chemiam anorganicam experimentis illustratam docebit d. Lun. h. X-XII, d. Merc. Iov. h. IX-XI; 2) pharmaciae partem anorganicam adhibitis experimentis explicabit d. Lun. h. V-VI, d. Iov. h. V-VII.

M. Planck, Dr.

I. Publice exercitationes mathematicas et physicas moderabitur in instituto physices theoreticae d. Sat. h. IX-XI.
II. Privatim physices theoreticae partem quintam (thermodynamicen) tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

M. Rœdiger, Dr.

I. Publice exercitationes grammaticas instituet d. Lun. h. X-XI.
II. Privatim 1) grammaticam theodiscam syntaxi excepta docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) de carminum theodiscorum veteris et mediae aetatis arte metrica disseret d. Sat. h. IX-XI.

E. R. Schneider, Dr.

I. Publice de bismutho disseret semel p. hebd. d. Lun. h. V-VI.
II. Privatim methodos pondera atomica constituendi explicabit bis p. hebd. hor. def.

E. SELL, Dr.

Privatim chemiam experimentalem anorganicam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

PH. SPITTA, Dr.

I. Privatim de musica instrumentali qualis floruit inde ab ineunte saeculo XVI usque ad Sebastiani Bachii mortem (1750) disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI.

II. Privatissime et gratis Guidonis Aretini libellum qui Micrologus inscribitur interpretandum proponet d. Sat. h. XII-II.

H. STEINTHAL, Dr.

Privatim mythologiam generalem et comparativam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

S. WÆTZOLDT, Dr.

I. Publice de tribus illustrissimis Molieri comoediis quae inscribuntur „les Femmes savantes, le Misanthrope, le Tartuffe“ disseret d. Lun. h. VI-VII.

II. Privatim exercitationes neofrancogallicas instituet d. Merc. h. VI-VIII.

III. Privatissime et gratis exercitationes ad linguam francogallicam recentiorem spectantes in seminario romanensi instituet d. Ven. h. VI-VIII.

C. WERDER, Dr.

Publice de arte dramatica aget dieb. et hor. def.

H. WICHELHAVS, Dr.

I. Publice capita selecta technologiae chemicae (materiae organicae) tractabit d. Merc. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim 1) technologiae chemicae partem primam (materiae anorganicae) docebit et experimentis demonstrationibusque illustrabit quater p. hebd. hor. def.; 2) exercitationes moderabitur in laboratorio technologico universitatis quotidie h. IX-V.

L. WITTMACK, Dr.

I. Publice 1) de elevatione plantarum cultarum disseret d. Mart. h. XII-I [ex indice lectionum academiae Regiae agronomicae]; 2) excursiones botanicas instituet d. Sat. h. postmer.

II. Privatim botanicam systematicam praecipue ad plantas utiles et ad ornatum accommodatas spectantem docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X [ex indice lectionum academiae Regiae agronomicae].

4. *Privatim docentium.*

H. ARON, Dr.

Gratis capita selecta hydrodynamices tractabit semel p. hebd. hor. def.

L. ARONS, Dr.

Privatim de calculo differentiali et integrali quaestionibus physicis et chemicis adhibendo disseret d. Merc. Sat. h. XI-XII.

R. Assmann, Dr.

I. Gratis de statu inquisitionum tempestatis tractabit d. Mart. h. IX-X.

II. Privatim de climate montano eiusque valore hygienico disseret d. Iov. h. IX-X.

H. Dessav, Dr.

I. Privatim res Romanas inde ab exeunte saeculo p. Chr. III enarrabit d. Lun. Ven. h. VI-VII.

II. Privatissime et gratis inscriptiones Latinas selectas explicandas proponet d. Iov. h. VI-VIII.

A. Dœring, Dr.

I. Gratis Herbartii paedagogicen delineabit d. Sat. h. XII-I.

II. Privatim 1) historiam philosophiae universalem enarrabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII-I; 2) paedagogicen docebit d. Merc. et Sat. h. XI-XII; 3) Shakespearii Hamletum aesthetice explicabit d. Lun. et Iov. h. XI-XII; 4) Xenophontis Memorabilia interpretabitur systematici Socraticae doctrinae nexus potissimum habita ratione d. Mart. et Ven. h. XI-XII.

C. Dove, Dr.

I. Gratis de climatologia aget usumque eius in re agresti et domestica exponet d. Merc. h. VI-VII.

II. Privatim geographiam Africae docebit d. Lun. Merc. Iov. h. XII-I.

H. Droysen, Dr.

Privatim de re militari Graecorum disseret d. Merc. h. V-VII.

A. Fock, Dr.

Privatim 1) physices et chemiae fundamenta tractabit d. Lun. et Iov. h. V-VI; 2) crystallographiam chemicam docebit d. Mart. et Ven. h. V-VI.

O. Franke, Dr.

I. Gratis de Buddha et Buddhismo disseret d. Merc. et Sat. h. IX-X.

II. Privatim de grammatica linguae Pâlicae praefatus scripta Pâlica interpretanda proponet d. Lun. Merc. Sat. h. VIII-IX.

III. Privatissime et gratis in Pâninis grammaticam introducet d. Mart. et Ven. h. VIII-IX.

M. Frevnd, Dr.

Privatim 1) capita selecta chemiae organicae tractabit d. Merc. h. V-VII; 2) cursum practicum chemiae alimentorum moderabitur d. Sat. h. I-IV.

C. Friedheim, Dr.

Privatim 1) de analysi chemica qualitativa et quantitativa (cum analysi volumetrica et electrolytica) disseret d. Lun. et Iov. h. XI-XII; 2) chemiam anorganicam specialem docebit d. Sat. h. X-XII; 3) capita selecta chemiae anorganicae colloquiis tractabit d. Lun. h. V-VII; 4) analysin gasorum tradet d. Merc. h. VIII-IX exercitationibus practicis adhibitis d. Sat. h. duabus pomeridianis.

P. Glan, Dr.

I. Gratis quaterniones docebit d. Ven. h. IV-V.

II. Privatim 1) elementa theoriae physices tractabit d. Lun. h. IV-VI, d. Ven. h. V-VII; 2) de theoria caloris disseret d. Merc. Sat. h. IV-VI; 3) exercitationes practicas ad usum instrumentorum physices in scholis adhibitorum spectantes moderabitur d. Mart. Iov. h. IV-VII.

B. Græf, Dr.

I. Gratis exercitationes archaeologicas moderabitur d. Merc. et Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim antiquitates scaenicas graecas docebit d. Merc. et Sat. h. XI-XII.

G. Grvbe, Dr.

I. Privatim grammaticam mongolicam docebit d. Mart. et Ven. h. IX-X.

II. Privatissime textus sinicos selectos interpretabitur d. Merc. h. IX-X.

P. Gventher, Dr.

I. Privatim calculum differentialem docebit et in analysin introducet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

II. Privatissime et gratis exercitationes calculi differentialis moderabitur d. Lun. h. X-XI.

M. Haydvck, Dr.

Privatim de fermentatione disseret hor. def.

K. Heider, Dr.

Privatim historiam naturalem piscium docebit d. Lun. et Iov. h. VIII-IX.

K. Hensel, Dr.

I. Privatim theoriam formarum et bilinearium et quadraticarum tractabit d. Merc. Ven. h. XI-I.

II. Privatissime et gratis exercitationes ad theoriam functionum algebraicarum pertinentes habebit hor. def.

A. Hevsler, Dr.

Privatim de epopoeia populari Theotisca praesertim saeculi tertii decimi disseret d. Lun. Merc. Ven. h. VI-VII.

R. Hœniger, Dr.

I. Gratis in studium historiae Germaniae rerum socialium atque politico-oeconomicarum potissimum ratione habita introducet d. Mart. Ven. h. XI-XII.

II. Privatissime et gratis in seminario oeconomico-politico-statistico exercitationes historico-statisticas moderabitur d. Iov. h. XII-I.

R. Hoppe, Dr.

Privatim 1) calculum integralem tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. II-III; 2) mechanicen analyticam explicabit iisdem diebus h. III-IV; 3) theoriam functionum ellipticarum docebit d. Lun. et Iov. h. V-VII.

O. Iækel, Dr.

I. Gratis de geologia Alpium disseret d. Merc. h. IX-X.

II. Privatim histologiam partium animalium calce duratarum tradet adiunctis exercitationibus microscopicis d. Mart. Ven. h. IX-X.

I. Iahn, Dr.

Privatim electrochemiae partem secundam docebit d. Lun. Iov. h. V-VI.

I. Iastrow, Dr.

I. Privatim historiam imperatorum Stauficorum legum, artium, morum potissimum ratione habita enarrabit d. Merc. h. V-VII.

II. Privatissime et gratis exercitationes historicas moderari perget disputandi argumentis ex imperatorum Stauficorum historia sumptis d. Merc. h. VII-VIII.

A. Kalkmann, Dr.

I. Gratis exercitationes archaeologicas moderabitur d. Merc. h. X-XI.

II. Privatim doctrinam formarum artis plastices graecae tractare perget d. Mart. Ven. h. XI-XII.

F. Karsch, Dr.

Privatim zoologiam generalem tradet quater p. hebd. hor. def.

R. de Kavfmann, Dr.

I. Gratis de aere alieno civitatibus aut municipiis contracto disseret d. Ven. h. IV-V.

II. Privatim systema redituum publicorum tradet d. Merc. et Sat. h. IX-XI.

E. Klebs, Dr.

I. Privatim in studium historiae introducet d. Lun. Mart. Iov. h. IX-X.

II. Privatissime et gratis exercitationes historicas moderabitur d. Iov. h. V-VII.

E. Kœtter, Dr.

Privatim geometriam syntheticam tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

E. Korschelt, Dr.

Privatim capita selecta embryologiae animalium (vermium et molluscorum) docebit d. Mart. Ven. h. VIII-IX.

G. Krabbe, Dr.

Privatim principia botanices generalis docebit d. Mart. et Ven. h. VI-VII.

A. Lasson, Dr.

Privatim psychologiam et anthropologiam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

R. Lehmann-Filhés, Dr.

Gratis de lunae orbita intermediaria aget d. Lun. et Iov. h. IV-V.

E. Liesegang, Dr.

I. Privatim statum publicum medii aevi urbium enarrabit d. Lun. et Iov. h. XI-XII.

II. Privatissime et gratis exercitationes ad statum rerum publicarum medii aevi cognoscendum instituet d. Merc. h. VI-VIII.

S. Lœwenfeld, Dr.

I. Privatim encyclopaediam historicam docebit d. Lun. Iov. h. V-VI.
II. Privatissime et gratis exercitationes historicas moderabitur d. Iov. h. VI-VIII.

E. Marcks, Dr.

I. Gratis Friderici Guilelmi Magni electoris historiam tractabit d. Lun. h. VI-VII.
II. Privatim res saeculo xvii in Europa gestas enarrabit d. Sat. h. IX-XI.
III. Privatissime et gratis de rebus xvi saeculo praecipue in Germania actis exercitationes instituet d. Iov. h. VII-VIII.

W. Marckwald, Dr.

I. Gratis de repertis quibusdam chemicis recentissimae aetatis aget d. Ven. h. IX-X.
II. Privatim chemiam analyticam docebit d. Sat. h. IX-XI.

R. Meyer, Dr.

I. Privatim historiam antiquissimae Germanorum poeseos (tam theodiscae quam norroenae nec non anglosaxonicae) enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.
II. Privatissime et gratis exercitationes ad historiam litterariam theodiscam pertinentes moderabitur d. Ven. h. XI-XII.

A. Navdé, Dr.

I. Gratis historiam bellorum narrabit quae ab anno 1740 usque ad annum 1763 Fridericus rex Borussiae cum Austriacis gessit d. Merc. h. V-VI.
II. Privatim elementa rerum diplomaticarum et rerum archivalium tradet et sodales in interpretandis cum diplomatis tum actis publicis exercebit d. Sat. h. XI-I, d. Merc. h. VI-VII.
III. Privatissime et gratis exercitationes historicas moderabitur et in studium historiae regni Borussici introducet d. Lun. h. VII-IX.

K. Oldenberg, Dr.

Gratis de Germanorum doctrina socialismi disseret d. Merc. h. VIII-IX.

F. Pax, Dr.

I. Gratis capita selecta morphologiae plantarum tractabit d. Mart. h. V-VI.
II. Privatim cursum microscopicum inprimis ad pharmaciam spectantem instituet d. Ven. h. III-V.

E. Pringsheim, Dr.

I. Gratis lectiones experimentales habebit de solis physice d. Sat. h. XII-I.
II. Privatim in chemiam physicam introducet d. Merc. et Sat. h. VIII-IX.

O. Pvchstein, Dr.

Gratis de architectura Romana disseret d. Merc. Sat. h. IV-V.

O. Reinhardt, Dr.

Privatim de evolutione plantarum praecipue cryptogamarum disseret d. Mart. et Ven. h. V-VI.

A. Reissert, Dr.

Privatim 1) introductionem in chemiam generalem et doctrinae chemicae fundamenta dabit d. Mart. et Ven. h. IX-X; 2) gravissima chemiae organicae capita tractabit d. Sat. h. X-XI.

F. Rinne, Dr.

I. Gratis de origine lapidum disseret d. Iov. h. IV-V.
II. Privatim crystallographiam chemicam tractabit d. Merc. Sat. h. IX-X.

C. Rodenberg, Dr.

I. Privatim historiam legum et constitutionis imperii Germanici a primordiis usque ad finem medii aevi enarrabit d. Mart. Iov. Ven. h. V-VI.
II. Privatissime et gratis exercitationes historicas instituet d. Lun. h. VI-VIII.

M. Rothstein, Dr.

I. Gratis graece scribendi exercitationes moderabitur d. Lun. h. V-VI.
II. Privatim Ciceronis epistolas interpretabitur d. Lun. et Iov. h. IV-V.
III. Privatissime et gratis exercitationibus philologicis Theognidem tractabit d. Iov. h. V-VII.

Th. Schiemann, Dr.

Privatim Russiae historiam a Petro Magno ad nostra usque tempora docebit d. Merc. et Ven. h. VIII-IX.

L. Schlesinger, Dr.

Privatim principium Dirichletianum quod dicitur eiusque in theoria aequationum differentialium partialium usum exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

C. Schotten, Dr.

I. Gratis urinae chemiam tractabit d. Mart. h. V-VII.
II. Privatim cursum practicum chemiae medicae moderabitur una cum Prof. med. Dr. Kossel d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. II-IV.

E. Schwan, Dr.

I. Privatim 1) de locis quibusdam historiae linguae Francogallicae disseret d. Lun. Mart. Iov. h. XII-I; 2) exercitationes ad dramatis historiam spectantes Molieri comoediis propositis moderabitur d. Mart. h. VI-VIII.
II. Privatissime et gratis exercitationes neoprovinciales Mistralii carmine quod dicitur Mireio proposito instituet d. Ven. h. XII-I.

O. Seeliger, Dr.

Privatim animalium generationem docebit d. Mart. Iov. h. IX-X.

M. Sering, Dr.

I. Privatim 1) de reditibus publicis aget d. Merc. Sat. h. IX-XI; 2) oeconomiam politicam tractabit d. Lun. Iov. h. V-VII [ex indice lectionum academiae Regiae agronomicae].
II. Privatissime et gratis exercitationes oeconomicas moderabitur bis p. hebd. hor. def.

G. Simmel, Dr.

Privatim 1) Kantii doctrinam exponet d. Merc. Sat. h. IX-X; 2) ethicen docebit d. Merc. Sat. h. X-XI.

G. Steindorff, Dr.

I. Privatim 1) grammaticam linguae Copticae tradet d. Lun. Iov. h. IX-X; 2) libri qui vocatur Todtenbuch recensionem antiquissimam interpretandam proponet d. Merc. Sat. h. IX-X.

II. Privatissime et gratis papyros Copticas tractabit d. Mart. h. IX-X.

R. Sternfeld, Dr.

I. Gratis historiam Francogallorum narrabit d. Merc. h. XI-XII.

II. Privatim historiam expeditionum in Terram Sanctam factarum docebit d. Lun. Iov. h. XI-XII.

III. Privatissime et gratis exercitationes ad historiam medii aevi pertinentes moderabitur hor. def.

C. A. Tenne, Dr.

I. Gratis de gemmis disseret d. Mart. h. II-III.

II. Privatim de mineralibus saxa constituentibus aget d. Lun. Merc. Ven. h. II-III.

M. Thiesen, Dr.

Privatim de arte metiendi aget d. Merc. et Sat. h. X-XI.

I. Tœpffer, Dr.

I. Gratis de Herodoti vita et opere praefatus librum v explicabit d. Ven. h. XI-XII.

II. Privatim de deorum cultu et solemnibus Atheniensium disseret d. Merc. et Sat. h. XII-I.

H. Travbe, Dr.

I. Gratis chemiam mineralium tractabit d. Sat. h. XII-I.

II. Privatim loca in quibus aes invenitur docebit d. Lun. Ven. h. XII-I.

G. Volkens, Dr.

I. Gratis excursiones botanicas instituet d. Sat. hor. pom.

II. Privatissime exercitationes microscopicas ad plantas officinales et nutrimenta spectantes instituet semel p. hebd. hor. def.

B. Weinstein, Dr.

I. Gratis geophysices partem secundam de oceanographia et calore telluris agentem explicabit d. Merc. et Sat. h. IX-X.

II. Privatim theoriam potentialis docebit d. Lun. Mart. Iov. h. IX-X.

C. Wesendonck, Dr.

Gratis theoriae lucis electromagneticae elementa tractabit hor. def.

W. Will, Dr.

Privatim 1) de analysi volumetrica aget d. Mart. h. V-VI; 2) historiam chemiae tradet d. Ven. h. VI-VIII.

SCHOLAE LECTORVM LINGVAS RECENTIORES ET STENOGRAPHIAM DOCENTIVM.

F. Harsley, M. A., Lector.

I. Privatim 1) de vita Anglorum lingua Anglica disseret d. Lun. Iov. h. XII-I; 2) exercitationes Anglicas instituet d. Mart. Ven. h. XII-I.

II. Privatissime et gratis in seminario Regio Anglico exercitationes Anglice loquendi et scribendi moderari perget d. Merc. h. XI-I.

G. Michaelis, Dr. Lector stenographiae.

I. Publice 1) stenographiam Germanicam docebit accedentibus exercitationibus practicis d. Mart. et Ven. h. V-VI; 2) physiologiam linguae docebit d. Merc. h. V-VI.

II. Privatissima offert stenographica Germanica, Anglica, Gallica, Italica, Hispanica, Lusitana.

I. Rossi, Lector.

I. Privatim 1) grammaticam Italicam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) Iosephi Giusti „Lettere scelte“ interpretabitur atque exercitationes Italice scribendi et loquendi instituet d. Merc. Sat. h. XI-I; 3) historiam litterarum Italicarum saec. XIX sermone Italico tractabit d. Mart. h. XII-I.

II. Privatissime et gratis in seminario Romanensi exercitationes Italicas moderabitur d. Ven. h. XI-I.

PVBLICA DOCTRINAE SVBSIDIA.

Bibliotheca universitatis (Dorotheenstrasse Nr. 9) itemque bibliotheca regis iis, qui libros in quovis genere optimos evolvere volent, quotidie patebit.

Observatorium, hortus botanicus, apparatus herbarius, institutum botanicum, institutum plantarum physiologiae destinatum (Invalidenstrasse Nr. 42), musea anatomicum, zootomicum, zoologicum, mineralogicum, instrumenta chirurgica, apparatus pharmacologicus, apparatus physicus, instituti regii chartographici copiae, apparatus archaeologicus, universitatis museum Christianum, museum artibus dicatum, imagines gypseae variaque artium opera etc. cum ad lectiones adhibebuntur tum aditus ad haec dabitur suo loco petentibus.

Seminarii theologici exercitationes eas, quae ad Vetus Testamentum interpretandum pertinent, moderabitur Dillmann; eas, quae ad Novum Testamentum pertinent, Weiss; historicis, h. e. ad historiam ecclesiae et dogmatum christianorum pertinentibus, praeerit Harnack; seminarii practici theologici exercitationes homileticas moderabitur Kleinert, catecheticas Pfleiderer.

Seminarii iuridici exercitationibus praeerunt Eck, Hvebler; seminarii iuris Germanici exercitationes moderabuntur Gierke, Zevmer.

Medicinae studiosis exercitandis inservient: Instituta anatomica duo, institutum physiologicum, institutum pharmacologicum, clinica et policlinica tria in nosocomio universitatis (Ziegelstrasse Nr. 5—7), alterum chirurgicum, alterum ophthalmiatricum, tertium otiatricum, clinicum universitatis obstetricium (Artilleriestrasse Nr. 13—16) cum policlinico obstetricio; porro policlinicum medicum universitatis (Dorotheenstrasse Nr. 5), policlinicum orthopaedicum (Markthallenstrasse D), item in nosocomio Caritatis clinica medica tria, porro chirurgicum, psychiatricum et neuropathologicum, obstetricium cum policlinico, gynaecologicum cum policlinico, syphiliticis et infantibus curandis, morbis cutis destinata, institutum anatomiae et physiologiae pathologicae exercendis destinatum (in horto nosocomii Caritatis), institutum medicinae forensi docendae inserviens, institutum et museum hygienicum, de quorum usu et rectoribus singillatim dictum suis locis est.

In seminario philologico Vahlen Lucretii de rerum natura I sodalibus interpretandum proponet d. Merc. h. X-XII; disputationibus praeerit idem d. Merc. h. XII-I; Kirchhoff Iliadis librum primum sodalibus interpretandum proponere perget d. Sat. h. X-XII.

In seminario germanico Weinhold exercitationes theotiscas moderabitur d. Merc. h. VIII-X; E. Schmidt poëmata Klopstockiana Goethiana Uhlandiana tractabit d. Merc. h. XI-I; Hoffory exercitationibus Eddicis praeerit d. Sat. h. X-XII.

Seminarii Romanensis et Anglici exercitationibus praeerunt Tobler et Zvpitza.

Seminarii mathematici exercitationibus praeerunt Fvchs et Kronecker d. Merc. h. V-VII.

Seminarii theoriae et arti computandi dicati exercitationibus praeerunt Fœrster et Tietjen d. Mart. et Ven. h. V½-VII.

Exercitationes societatis academicorum musicae moderabitur Bellermann d. Mart. h. VIII-X.

LECTIONES SEMINARII LINGVARVM ORIENTALIVM.

C. Arendt.

Publice 1) linguam Sinicam hodiernam docere perget in coetu priori d. Lun. Mart. Merc. Iov. Sat. h. IX-X; 2) in coetu tironum d. Lun. Merc. Iov. Ven. Sat. h. VIII-IX; 3) de geographia, commercio, administratione imperii Sinici agere perget d. Mart. h. VIII-IX et d. Ven. h. IX-X.

Av Fvng Tschü, Lector.

Publice 1) exercitationes Sinicas (ad dialectum australem pertinentes) moderabitur quotidie d. Sat. excepto h. V-VI½; 2) artem characteres Sinicos scribendi docebit d. Lun. et Iov. h. VI½-VII½ et d. Mart. Merc. Ven. h. IV-V.

G. Bvettner, Dr.

Publice 1) linguam Suahelicam docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX in coetu tironum, d. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. IX-X in coetu priore; 2) ethnographiam et historiam recentissimam Africae orientalis et meridionalis enarrabit d. Merc. h. IX-X et d. Sat. h. VIII-IX.

Djami Chan Ghori, Lector.

Publice 1) linguam Hindustanicam docebit quotidie h. VII-VIII; 2) exercitationes Hindustanicas moderabitur quotidie d. Sat. excepto h. V-VI; 3) linguam Persicam docebit quotidie h. VIII-IX; 4) exercitationes Persicas moderabitur quotidie d. Sat. excepto h. VI-VII.

K. Foy, Dr.

Publice 1) linguam Turcicam docebit in coetu tironum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VII-VIII, d. Sat. h. VIII-IX; in coetu priore d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) sublimis imperii ethnographiam et historiam recentiorem enarrabit d. Merc. Sat. h. VII-VIII; 3) exercitationes Turcicas moderabitur quotidie d. Sat. excepto h. V-VII (in coetu tironum h. VI-VII, in coetu priore h. V-VI).

M. Hartmann, Dr.

Publice 1) linguam Neoarabicam docebit in coetu priore quotidie d. Sat. excepto h. VII-VIII, in coetu tironum quotidie d. Merc. excepto h. VIII-IX; acta publica et privata neoarabice scripta explicanda eaque in eadem lingua componenda curabit in coetu selecto d. Merc. Sat. h. IX-X; 3) historiam recentiorem et geographiam Syriae et Aegypti tractare perget d. Merc. h. VIII-IX, d. Sat. h. VII-VIII.

Hassan Tavfik, Lector.

Publice 1) exercitationes Neoarabicas (ad Aegypti dialectum pertinentes) moderabitur quotidie d. Sat. excepto h. V-VIII (in coetu priore h. V-VI½, in coetu tironum h. VI½-VIII); 2) artem characteres Arabicos scribendi docebit quotidie d. Sat. excepto h. IV-V.

Hsüeh Schen, Lector.

Publice exercitationes Sinicas (ad dialectum septentrionalem pertinentes) moderari perget in coetu priori quotidie d. Sat. excepto h. V-VI½; in coetu tironum quotidie d. Sat. excepto h. VI-VIII.

R. Lange, Dr.

Publice 1) grammaticam linguae Iaponicae docebit in coetu tironum d. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. VII-VIII, in coetu priore d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) in selectae coetu exercitationes moderabitur d. Lun. Iov. h. IX-X; 3) historiam regni Iaponici recentiorem enarrabit d. Merc. h. VII-VIII, d. Sat. h. VIII-IX.

A. Maarbes, Lector.

Publice exercitationes Neoarabicas (ad Syriae dialectum pertinentes) moderabitur quotidie d. Sat. excepto h. V-VII (in coetu priore h. V-VI, in coetu tironum h. VI-VII).

Ts. Senga, Lector.

Publice exercitationes Iaponicas moderabitur quotidie d. Sat. excepto in coetu priore h. V-VI½, in coetu tironum h. VI½-VIII, in coetu selectae d. Mart. Ven. h. IV-V.

Sleman bin Said, Lector.

Publice exercitationes Suahelicas moderabitur quotidie d. Sat. excepto in coetu tironum h. V-VI½, in coetu priore h. VI½-VIII.

ARTIVM EXERCITATIO.

Artem arma tractandi docebit Nevmann, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Artem saltandi docebit Freising, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Equitandi modos docebit Hemmerling, artis equestris magister in Vniversitate constitutus.